This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

20

1467 d. 20

SUMMARIA EXPOSITIO

SENSUS INTERNI

Librorum Propheticorum

VERBI VETERIS TESTAMENTI,

NECNON ET

PSALMORUM DAVIDIS.

CUM DUPLICI INDICE RERUM.

EX OPERIBUS POSTHUMIS

EMANUELIS SWEDENBORGII,

DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI SERVI.

ANNO INCERTO CONSCRIPTA.

LONDINI:

Typis et Impensis ROBERTI HINDMARSH, No. 32, Clerkenwell-Close.

M. DCC. LXXXIV.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

LECTORI BENEVOLO.

IN nonnullis Swedenborgii Epiſtolis hoc memorabile et obſervatione dignum de ſequenti Opuſculo reperimus:

"Hunc Librum quondam cum legerem, præſentes apud me "erant Angeli Cœleſtes, qui corde magnopere gaviſi de mea illum "propalandi intentione, pro communi Eccleſiæ Novæ Domini "noſtri Jeſu Chriſti Bono."

Ne igitur in vanum evadat Angelorum Cœleſtium Gaudium, perutilem hunc Libellum in publicam lucem edere quam maxime neceſſarium judicavimus. Novum theſaurum grato animo accipere digneris, illum ütere corde pio ac ſincero, et vive in æternum.

SUMMARIA EXPOSITIO

SENSUS INTERNI

Prophetarum & Pſalmorum Davidis.

ESAIAS.

Cap. I. QUOD Eccleſia vaſtata ſit per malum vitæ, verſ. 1 ad 8; ut parum reſidui ſit, verſ. 9; quod ideo cultus eorum externus nihili ſit, verſ. 10 ad 15; hortatio ut a malo vitæ reſipiſcant, et quod ſit illis bonum, verſ. 16 ad 19; quod falſificent Verbum, verſ. 20 ad 23. Quod Dominus venturus deſtruet illos, et apud alios inſtaurabit Eccleſiam, verſ. 24 ad 27; hoc cum nihil Eccleſiæ apud illos ſupereſt, verſ. 18 ad 31.

Cap. II. Aperte de adventu Domini, et de novo Cœlo et nova Eccleſia tunc, de quibus, verſ. 1 ad 5; quia in priori Eccleſia mere falſum et malum falſi, verſ. 6 ad 9; aperte de adventu Domini, quod deſtructurus ſit omnes qui in amore ſui et in faſtu propriæ intelligentiæ, verſ. 10 ad 18; aperte de ultimo judicio, et de dejectione malorum in infernum, verſ. 10, 19, 20, 21; ſeparatio bonorum ab illis, parum, verſ. 22.

Cap. III. Quod defectus cognitionum boni et veri futurus, verſ. 1 ad 7; quia in malis et in falſificatis, verſ. 8 ad 12. Quod Dominus ad judicium venturus ſit, verſ. 13 et 14; et quod illos qui vera Verbi perverterunt in infernum conjecturus, verſ. 15 ad 26.

Cap. IV. Quod a Domino tunc novum Eceleſiæ, verſ. 1 ad 3; et Providentia ne Verbum ulterius pervertatur, verſ. 4 ad 6.

Cap. V. Quod a Domino inſtituta ſit Eccleſia plena veris et bonis ex Verbo, verſ. 1, 2; quod perverſa facta ſit, verſ. 3, 4, 7; quod deſtruatur amplius per falſificationes veri et boni Verbi, verſ. 7 ad 15; quod venturus Dominus et Eccleſiam daturus ſit aliis, verſ. 16, 17; quod qui

perverterunt vera et bona Eccleſiæ perituri ſint ex falſis et malis omnis generis, verſ. 20 ad 30.

Cap. VI. Quod apparuerit Dominus in medio Divini ſui veri, quod eſt Verbum, verſ. 1 ad 4. Quod doctrina Eccleſiæ ex non intellecto Verbo eſſet impura, verſ. 5 ad 8; prædictum quod periret omnis intellectus Verbi, ut tandem non amplius ſciretur quid verum et bonum in Eccleſia, verſ. 9 ad 13.

Cap. VII. Quod ignorantia veri et non intellectus Verbi intraret et inciperet perdere Eccleſiam, verſ. 1 ad 6; prædictum quod hoc non adhuc fieret, verſ. 7 ad 9; ſed quod futurum tempore, quo Dominus venturus eſt in mundum, verſ. 10 ad 16. Quod tunc omnis intellectus Verbi perverſus erit per ſcientifica et inde ratiocinia, uſque ut nihil ſuperſit, verſ. 17 ad 20; quod tunc verum in omni copia docebitur, verſ. 21, 22; quod Eccleſia tunc prorſus devaſtata erit, verſ. 23, 24; aliter apud recipientes, verſ. 25.

Cap. VIII. Prædictum quod ante iſtud tempus peritura ſit cognitio et perceptio veri, verſ. 1 ad 4; quia Verbum non vellent ſimpliciter intelligere, verſ. 5, 6; quod per ratiocinia ex falſis peritura ſit tota Eccleſia, uſque ut non amplius conjunctio fieret cum Deo, verſ. 7 ad 12; et quod Dominum, qui eſt Verbum et Eccleſia, non cognoſcerent, verſ. 13 ad 16. Quod tamen Dominum cognoſcent alii qui rejiciunt falſa et removent falſificata, verſ. 17 ad 21; et qui per pugnas contra mala et falſa reformationem recipiunt, verſ. 23; tametſi in Eccleſia mere falſum, verſ. 22.

Cap. IX. De adventu Domini, et de nova Eccleſia quæ receptura eſt Ipſum, verſ. 1, 2, 3; non autem Eccleſia vetus, quæ deperdita, verſ. 4; quod Dominus facturus ſit omnia, qui deſcribitur, qui tuturus a falſis et malis, verſ. 5, 6; quod vetus Eccleſia ex propria intelligentia falſificatura et perverſura ſit omne verum et bonum Verbi, et adeo Eccleſiæ, uſque ut nihil ſuperſit, verſ. 7 ad 20.

Cap. X. De ulteriore vaſtatione Eccleſiæ per quod vera et bona Eccleſiæ aliis furripiant, verſ. 1, 2; quod perituri tempore ultimi judicii, verſ. 3, 4; quod per ratiocinia ex propria intelligentia pervertant vera, verſ. 5 ad 11; quod hi tempore ultimi judicii a Domino prorſus deſtruendi ſint, ut vix aliquid veri naturalis illis ſuperſit, verſ. 12 ad 19; quod ſalvandi qui in Dominum credunt, ac tutandi ne captentur a confirmationibus falſi per ratiocinia, verſ. 20, 21, 22, 24; quia tota Eccleſia per ſcientifica pervertentia vera Eccleſiæ et confirmantia falſa devaſtata eſt, verſ. 23, 25 ad 34.

Cap. XI. De adventu Domini: quod ex Divina ſapientia judicaturus ſit; et quod ſalvaturus fideles, et perditurus infideles, verſ. 1 ad 5. Status innocentiæ Illis in cœlis qui fidunt Ipſi, verſ. 6 ad 9; quod illi qui in falſis ex ignorantia ſunt, et a falſis et malis non ſe ſeduci paſſi ſunt, ad Dominum acceſſuri ſint, verſ. 10, 11, 12; quod Eccleſia tunc intellectura ſit Verbum, et falſa omnis generis diſcuſſura, verſ. 13, 14, 15; quod falſa illa non illis amplius nocitura ſint, verſ. 16.

Cap.

Cap. XII. Confeſſio et celebratio Domini propter ſalvationem, verſ. 1 ad 6.

Cap. XIII. In hoc Capite, de adulteratione boni et prophanatione veri, quæ eſt Babel. Quod Dominus in potentia Divina venturus, verſ. 1, 2, 3, ad judicium grave ſuper illos, qui prorſus receſſerunt, ad deſtruendum illos, verſ. 4 ad 9; quia non amplius aliquod bonum et verum reſiduum apud illos, verſ. 10, 11, 12; quod ideo omnes cum ſuis malis et falſis perituri ſint, verſ. 13 ad 18; et manſuri in inferno, ubi dira et horrenda mala et falſa, verſ. 19 ad 22.

Cap. XIV. De nova Eccleſia quæ inſtauranda, verſ. 1, 2, 3; de Judicio ſuper illos qui adulteraverunt bona Eccleſiæ et prophanaverunt vera ejus, quæ Babel, verſ. 4, 5, 6; eorum conjectio in infernum, ubi peſſimi omnium ſunt, verſ. 7 ad 12, 15 ad 21; eorum faſtus quod velint dominari una cum Deo ſupra cœlum, verſ. 13, 14; de exitio eorum horrendo, verſ. 22, 23; quod perdendi qui per ratiocinia ex propria intelligentia deſtruunt vera Verbi, et prophanant illa, verſ. 24 ad 27.

Cap. XV. De judicio ſuper illos qui religionem in ſolis cognitionibus ponunt, quæ ſunt Philiſtææ, verſ. 1 ad 5; quod illis remotis Eccleſia erit tuta, verſ. 3, 4.

Cap. XVI. De ultimo judicio ſuper illos qui rejecerunt bona charitatis, ac perverterunt bona Verbi, qui ſunt Moabus, interitus eorum, verſ. 1 ad 9; quod Dominus non illis agnitus ſit, verſ. 10, 11; quod manſuri uſque ad adventum Domini, et tunc judicandi, verſ. 12, 13, 14; quales ſunt, et quales poſt exitium erunt, verſ. 15 ad 23.

Cap. XVII. De illis qui in ſcientia cognitionum ſolum ponunt religionem, quæ Damaſcus, quod deſtruendi, verſ. 1, 2; quod inſervitura novæ Eccleſiæ, verſ. 3; quod illa ſcientia cognitionum erit tunc rara, verſ. 4, 5, 6; at quod informandi ſint a Domino, verſ. 7, 8; quod qui non informari ſe patiuntur a Domino futuri in defectu omnium, ac pro veris falſa arrepturi ſint, verſ. 9 ad 14.

Cap. XVIII. De illis qui in cæca ignorantia volunt eſſe de rebus ſalutis, qui ſunt Kuſch, quales ſunt, verſ. 1, 2; quod cum inſtaurabitur Eccleſia, rejicientur ſicut nauci, verſ. 3 ad 6; quod uſque qui in ignorantia ſunt ex eo quod illis non Eccleſia, ad Dominum acceſſuri ſint, verſ. 7.

Cap. XIX. De illis qui ex ſola ſcientia talium quæ Verbi et Eccleſiæ ſunt faciunt ſibi religionem, et qui intrant in illam, quæ Ægyptus, quod inde controverſiæ et hæreſes, et quod intrent in falſa omnis generis, verſ. 1 ad 4; quod illis peritura ſint omnia vera, verſ. 5 ad 10; quod inſania loco intelligentiæ, verſ. 12 ad 15; quod perituri, verſ. 15 ad 17; quod talia ſcientifica uſui futura, dum a Domino informati ſunt in veris, verſ. 18 ad 22; quod tunc ſpirituale, rationale et ſcientificum unum agent, verſ. 23 ad 25.

Cap. XX. De iiſdem, quia deprivati veris ſunt, quod ratiocinia auferent illos, et devaſtabunt ab omni bono religionis, verſ. 1 ad 6.

Cap. XXI. Quod non bonum naturale amplius ſuperèrit, verſ. 1 ad 4.

Exſpectatio

Exſpectatio Domini quando naturale primum inbuendum eſt vero et bono, verſ. 5 ad 7; tum rationale, verſ. 8, 9, 10; adulteratio boni et veri definit, verſ. 9. Quod adventus Domini exſpectetur, verſ. 11, 12; quod tunc cognitiones boni et veri illis qui in ignorantia, verſ. 13, 14; quod venturus cum omnes cognitiones veri et boni pereunt uſque ut prorſus non ſuperſit, verſ. 15 ad 17.

Cap. XXII. De propria intelligentia, quod vera Eccleſiæ per illam pereant, verſ. 1 ad 7; quod interna Eccleſiæ per illam diſpereant, uſque ut in ignorantiam de Domino veniant, verſ. 8 ad 12; quod tunc ex jucundis falſi deſtructuri ſint ſenſus Verbi, verſ. 13 ad 15; quod illi perituri ſint, verſ. 16 ad 19; quod potentia Verbi remanſura ſit, cuſtodita a Domino, verſ. 20 ad 24; quod etiam illa peritura ſit in Eccleſia, verſ. 25.

Cap. XXIII. De Eccleſia devaſtanda et devaſtata quoad omnem cognitionem veri et boni, quæ Tyrus, quod per cognitiones non amplius aliquod verum Eccleſiæ, ut prius, verſ. 1 ad 9; quod amplius vaſtabitur per ratiocinia ex falſis, verſ. 10 ad 14; quod devaſtatio cognitionum veri ſe extendet, et quod durabit uſque ad adventum Domini, verſ. 15 ad 17; quod cognitiones tunc ſint aliis, verſ. 18.

Cap. XXIV. Quod Eccleſia prorſus devaſtetur uſque ut non amplius aliquid Eccleſiæ ſuperſit, ſed loco illius falſum et malum, verſ. 1 ad 13; quod illi qui extra Eccleſiam ſunt, recepturi ſint illuſtrationem a Domino, verſ. 14, 15, 16; quod Eccleſia prorſus peritura ſit, et deſtruenda, verſ. 16 ad 20; quod conjiciendi in infernum, verſ. 21, 22; quod nova Eccleſia a Domino loco veteris, verſ. 22, 23.

Cap. XXV. Confeſſio Domini, verſ. 1; poſtquam omnia Eccleſiæ prorſus perierant, verſ. 2; quod tunc ne pereant, quodque illi qui extra Eccleſiam ſunt, acceſſuri ſint, ac tutandi ne ab illis infeſtentur, verſ. 3, 4, 5; quod Dominus illis aperiturus ſit vera, et ablaturus obortam cæcitatem, verſ. 6 ad 8; confeſſio Domini ab illis, verſ. 9, 10; quod adulteratio boni Eccleſiæ et Verbi prorſus deſtruetur, verſ. 10 ad 12.

Cap. XXVI. Glorificatio Domini propter doctrinam veri ab Ipſo, quam recepturi et confeſſuri, verſ. 1 ad 4; quod Eccleſia vetus prorſus deſtructa rejecta ſit, verſ. 5, 6; quare tunc exſpectatio adventus Domini, verſ. 7, 8, 9; quod impii non recepturi, verſ. 10, 11; quod ſolus Dominus omnia docebit, verſ. 12, 13; quod qui falſa doctrinæ perſuadent, prorſus rejiciendi per judicium, verſ. 14, 15; quod prius ex ignorantia in qua ſunt, non potuerint melioreſcere, verſ. 16, 17, 18; quod uſque inſtruendi et vitam accepturi ſint, verſ. 19; quod conſervandi dum interea illi qui in perſuaſione falſi ſunt, per ultimum judicium deſtruentur, verſ. 19, 20, 21.

Cap. XXVII. Quod in naturali homine non amplius verum et bonum, verſ. 1; quod uſque verum Eccleſiæ cuſtodiendum ſit, verſ. 2, 3; quod omne malum et falſum die judicii deſtruetur, verſ. 4, 5; quod poſtea nova Eccleſia, verſ. 6, apud illos apud quos vera non ita deperdita ſunt,

verſ.

verſ. 7, 8; quod tempore periturus ſit omnis verus cultus cum omni vero et bono, quod perituri die judicii, verſ. 8 ad 12; quod poſtea nova Eccleſia quæ confeſſura eſt Dominum, verſ. 12, 13.

Cap. XXVIII. De illis qui ex propria intelligentia falſificaverunt vera, qui ſunt ebrii Ephraimi, quod anteruptura ſint falſa, verſ. 1, 2; quod peritura ſint vera, verſ. 3, 4. Quod Dominus docturus ſit vera cum venit, verſ. 5; quod tunc omnis doctrina plena falſis et malis, verſ. 7, 8; ut vera non informari et doceri poſſint, verſ. 9, 10; quod rejecturi, verſ. 11, 12, 13; quod irriſuri ſunt illa quæ Cœli et Eccleſiæ ſunt, et rejecturi illa quæ Domini ſunt, verſ. 14, 15, 16; quod tametſi reprobaturi et non intellecturi, uſque docebuntur, verſ. 17 ad 21; quod jugiter docebuntur, ſed quod uſque non recepturi, verſ. 22 ad 29.

Cap. XXIX. De doctrina veri Eccleſiæ deperdita, quæ Ariel, quod peritura uſque ut non ſit aliquid, verſ. 1 ad 4; quod falſa invaleſcent et pervertent amplius, uſque ut pereat Eccleſia, verſ. 5, 6; quod falſum appariturum ſit ſicut verum, verſ. 7, 8; quod propter falſa non poſſint videre vera, verſ. 9 ad 12; quod cultus externus abſque interno, verſ. 13; quod non amplius intellectus veri, verſ. 14; quod de Deo ſiniſtre cogitaturi ſint, verſ. 15, 16; quod pereunte veteri Eccleſia a Domino nova inſtauranda ſit, verſ. 17, 18, 19; quod perituri omnes qui contra verum et bonum ſunt, verſ. 20, 21; aliter illi qui recepturi Dominum, quod intellecturi ſint vera, verſ. 22, 23, 24.

Cap. XXX. Quod illi qui fidunt ſcientiæ naturalis hominis, ita ſuæ intelligentiæ, ſeducant ſe, verſ. 1 ad 5; de eruditis ſeu a ſe doctis, verſ. 6; quod ſcientia ſeducat illos, et quod recedant a Verbo, verſ. 7 ad 10, et a Domino, verſ. 11; quod ſic non illis aliquod verum et ſic nec bonum, verſ. 12 ad 14; quod fidendum ſit Domino, verſ. 15; quod illis qui ſibi ſuæque eruditioni fidunt, prorſus non aliqua intelligentia, verſ. 16, 17; quod Dominus vertat ſe ad illos qui Ipſi fidunt, verſ. 18, 19; quod erudientur, verſ. 20, 21; quod tunc illa quæ propriæ intelligentiæ ſunt rejicient, verſ. 22; quod tunc illis verum in omni copia, et ſapientia, verſ. 23 ad 26; quando illi qui in falſis mali ſunt, perituri ſunt, verſ. 27, 28; tunc illi a Domino venturi in jucunda veri et boni, verſ. 29 et 30; quod judicium erit ſuper illos qui ſibi fidunt, verſ. 30, 31; quod illi qui per id adulteraverunt Verbum, in infernum conjicientur, verſ. 32, 33.

Cap. XXXI. Quod qui fidunt eruditioni ſuæ ex propria intelligentia, non fidunt Domino, verſ. 1; quod ſint contra Ipſum, quare illis malum, verſ. 2; quod non illis intellectus veri, ſed cadent in falſa, verſ. 3; quod tempore judicii deſtruendi, verſ. 4; quod Dominus tunc tutaturus illos, apud quos Eccleſia ab Ipſo, verſ. 5, 6; quod tunc rejecturi falſa et mala, verſ. 7; quod perituri qui ſibi fidunt, verſ. 8, 9; quod bonum a Domino in nova Eccleſia, verſ. 9.

Cap. XXXII. Quando Dominus per Divinum verum regnaturus eſt, verſ. 1; tunc erit verum receptum et intellectus veri, verſ. 2, 3, 4; et ceſſabit ſimulatio, verſ. 5; tunc falſiloquus falſa loquetur, et malevolus

mala faciet, verſ. 6, 7; et viciſſim, verſ. 8; quod tunc omnia Eccleſiæ ceſſatura ſint, verſ. 9 ad 12; et erit falſum ubivis, verſ. 13, 14; uſque dum Divinum verum a Domino, tunc verum et bonum ac tutatio a falſis, verſ. 15 ad 18; falſum uſque perſtabit uſque ad finem, verſ. 19; ſed non apud illos qui amant verum et bonum, verſ. 20.

Cap. XXXIII. De illis qui per falſa vaſtant vera Eccleſiæ, verſ. 1; quod Dominus venturus tutabitur ſuos, verſ. 2; quod vaſtatores ab Ipſo diſpergentur, verſ. 3, 4; quod a Domino illis tutela per Divinum verum, verſ. 5, 6; quod perſtabit tunc devaſtatio veri Eccleſiæ, verſ. 7, 8, 9; quod illis non cura Domini, verſ. 10; quod falſa et mala conſument omnia Eccleſiæ, verſ. 11, 12; quod timebuntur ultimum judicium, verſ. 13, 14; quod qui faciunt bonum a Domino ſalvandi ſint, verſ. 15, 16, 17; quod non falſa audituri et illis creditui, verſ. 18, 19; quod illi ab Eccleſia Domini futuri ſint, et quod illis a Domino copia omnium veri, verſ. 20, 21, 22; et omnium boni; et ſic non malum amplius, verſ. 23, 24.

Cap. XXXIV. Ultimum judicium deſcribitur ſuper omnes qui in malo et inde in falſis ſunt, verſ. 1 ad 8; quod dejecti in infernum in horrendis falſis et malis manſuri in æternum, verſ. 9 ad 15; quod hoc prædictum ſit, verſ. 16; aliter illi qui non tales ſunt, verſ. 17.

Cap. XXXV. Quod illi qui extra Eccleſiam, quibus non Verbum, acceptandi ut fiant Eccleſia, et quod illis omnia Cœli danda, verſ. 1, 2, 3; quod Dominus tutaturus et liberaturus illos ab infernalibus, verſ. 5; et quod in medio eorum tutandi et ſalvandi, verſ. 6 ad 9; quod ab illis Eccleſia, et quod illis Eccleſiæ bonum, verſ. 10.

Cap. XXXVI. Quod ratiocinia ex falſis perverterint doctrinalia Eccleſiæ, verſ. 1; per ſcientifica falſe applicata, verſ. 2 ad 6; perque abrogationem cultus repræſentativi, verſ. 7; et quod ideo Eccleſia in perverſum abiverit, verſ. 8 ad 10; unde mere mala et falſa, verſ. 11, 12; uſque ut blaſphemarent Dominum, ſed quod non illis aliqua potentia, verſ. 13 ad 20; quod manifeſtatum, verſ. 21, 22.

Cap. XXXVII. De illis qui pœnitentiam egerunt, et doctrinæ vera conſuluerunt, verſ. 1 ad 5; et perceperunt quod perituri qui blaſphemarunt Dominum, verſ. 6, 7; qui adhuc valde blaſphemarunt, ſicut quod prorſus nihil valeret contra illos, verſ. 8 ad 13; quod illi qui conſuluerunt doctrinam ex Verbo, pœnitentiam egerint, et precati ad Dominum de ope contra blaſphematores, verſ. 14 ad 20; et reſponſum corde tulerunt, quod qui blaſphemaverunt Dominum, perituri ſint, de qua blaſphematione etiam, verſ. 21 ad 27; quod ideo illa non ultra procedet, verſ. 28, 29; quia nova Eccleſia ſuo tempore exſtitura eſt, verſ. 30 ad 32; quare vetus Eccleſia non adhuc deſtruetur, verſ. 33 ad 35; ſed quod uſque prorſus deſtruenda, verſ. 36 ad 38.

Cap. XXXVIII. Quod pœnitentiam egerint, quod ideo tutati ab interitu, verſ. 1 ad 6; quod ideo tempus adventus Domini protractum ſit, verſ. 7, 8; quod abitura ſit uſque Eccleſia, verſ. 9 ad 15; hortatio ut reſipiſcant, verſ. 16 ad 20; quod adhuc bonum naturale apud quoſdam, verſ. 21, 22.

Cap.

Cap. XXXIX. Prædictum quod omnia bona Verbi adulteraturi et vera ejus prophanaturi ſint, uſque ut nihil boni et veri relictum eſſet, quod Babel, verſ. 1 ad 7; ſed non adhuc, verſ. 8.

Cap. XL. Prædicitur adventus Domini, quando boni ſalvandi, et mali perituri, verſ. 1 ad 5; quod omne verum exulabit, verſ. 6 ad 8. Prædictio de adventu Domini, et de ſalvatione illorum, qui Ipſum recipiunt, verſ. 9 ad 11; quia omnipotens et omniſcius eſt, verſ. 12 ad 14; quod omnes et omnia contra Ipſum nihili ſint, verſ. 15 ad 18; quod propria intelligentia nihili ſit, verſ. 19, 20; quod dominium ſuper omnia ſit Domino, et quod abſque Ipſo cadunt omnia, verſ. 21 ad 25; quod regat Cœlos, verſ. 26; cur Eccleſia id ignorat, verſ. 27; quod Dominus ſuſtineat Eccleſiam apud illos qui ſpectant ad Ipſum, verſ. 28, 29, 31; quod illi qui non, nihil valeant ſed cadant, verſ. 30.

Cap. XLI. De ultimo judicio facto a Domino ex Humano ſuo in quo fuit in mundo, verſ. 1, 2, 3; quod per Divinum ſuum, verſ. 4; quod oppoſuerint ſe illi qui in propria intelligentia, verſ. 5, 6, 7; quod Humanum a Divino ſuo corroboratum ſit, verſ. 8 ad 10, 13, 14; quod prorſus nihil valituri ſint contra Ipſum, verſ. 11, 12; quod plane diſpergentur, verſ. 15, 16; quod illi qui confidunt Domino non deficient, verſ. 16, 17; quod illis erunt vera et bona in omni copia, verſ. 18, 19, 20; quod reliqui non ſcient aut poterunt aliquid, verſ. 22, 23, 24; quod illi qui in ignorantia veri ſunt, ad Dominum venturi ſint, verſ. 25, 26; ex quibus erit Eccleſia, verſ. 27; quod niſi quam falſum et malum ſint ex ſe, verſ. 28, 29.

Cap. XLII. De Domino in quo Divinum, quod leniter ducet et docebit, verſ. 1 ad 4; quod ex Divino ſuo ſalvabit, verſ. 5 ad 8; adventus Domini prædictus, et gaudium illorum qui acceſſuri ad Ipſum, qui prius in ignorantia vixerunt, verſ. 9 ad 12; quod pugnaturus pro illis contra inferna, quæ vincet et potentiam eorum deſtruet, verſ. 13, 14, 15; quod illuſtrandi tunc qui in ignorantia, verſ. 16; quod qui propriæ intelligentiæ et ſic falſis fidunt, abigendi, verſ. 17; deſcribitur patientia et tolerantia Domini, verſ. 18, 19, 20; et quoque juſtitia Ipſius, verſ. 21; quod illi qui ab Eccleſia tunc ſpoliaverint illos omnibus veris, et quod ab his exoſi facti ſint, verſ. 22, 23, 24; quod dira ab illis paſſus ſit, et quod illa ſuſtinuerit, verſ. 25.

Cap. XLIII. De redemptione et ſalvatione illorum qui in nova Eccleſia a Domino, verſ. 1; quod illis falſa et mala non nocitura ſint, verſ. 2; quod ad Ipſum acceſſuri ſint ab undique ex omni gente, verſ. 3 ad 8; quod hoc prædictum ſit, verſ. 9; quod Ipſe idem qui venturus eſt, prædixerit, verſ. 10 ad 13; quod deſtructurus omnes qui adulterant et prophanant bona et vera Eccleſiæ, verſ. 14; quod Ipſe erit, verſ. 15, qui ſalvat ſuos et deſtruit omnem potentiam inferni, verſ. 16, 17; quod ab Ipſo novum Cœlum ac nova Eccleſia ex illis qui prorſus non in veris prius fuerant, verſ. 18 ad 21; quod ipſa Eccleſia non coluerit Ipſum, ſed fatigaverit Ipſum per peccata, quæ ſuſtinens, et ab initio et poſtea, verſ. 22 ad 27; quapropter illam prorſus rejecturus eſt, verſ. 28.

Cap.

Cap. XLIV. De illis qui agnituri Dominum, quod accepturi ſint Spiritum Sanctum, verſ. 1 ad 4; quod ille ſit Jehovah, qui prædixit ſe id facturum eſſe, verſ. 5 ad 7; quod non ſit alius Deus, verſ. 8; quod qui non Ipſum Solum colunt, ſint falſarii, verſ. 9 ad 11; de illis qui fingunt ſibi aliud religionis ex propria intelligentia, quomodo faciunt ut falſum appareat ſicut verum, ac ut malum ſicut bonum, unde illis cultus quaſi divinus, verſ. 12 ad 20; ad Eccleſiam Judaicam ut a talibus deſiſtat, verſ. 21, 22; ad Eccleſiam novam, quod ſolus Dominus ſit Deus cœli et terræ, verſ. 23, 24; quod rejiciat tales, quia ex propria intelligentia inſaniunt, verſ. 25; cum Eccleſiam ſuam inſtaurat, verſ. 26; et veterem delet, verſ. 27; quod illud a Domino per Divinum Humanum, qui ibi eſt Koreſchus, verſ. 28.

Cap. XLV. De Domino quoad Divinum Humanum qui Koreſchus. Quod Ipſi ex Divino ſuo ſit Omnipotentia contra omnia inferni, verſ. 1, 2; quod Ipſe Divina Sapientia, verſ. 3; per Divinum ſuum uſque ad ultima, verſ. 4; quod non alius ſit quam Jehovah, ut hoc ſciant omnes, verſ. 5, 6; quod ab Ipſo omnia, verſ. 7; recipiant Ipſum ut ſalventur, verſ. 8; quod non dubitandum quin ita ſit, et cur ita eſt, verſ. 9, 10, 11; quia Ipſe Deus cœli eſt, verſ. 12; ac ita ſalvaturus homines, quia ab infernis vincti ſunt, verſ. 13; quod illi qui in ignorantia ſunt, et naturales acceſſuri, verſ. 14; quod occultum ſit, unde ſit ſalvatio, verſ. 15; quod illi qui in falſis ſunt, recedent, verſ. 16; quod illi qui ab Eccleſia Ipſius ſalventur, verſ. 17; quod ita ſalventur, ſit quia homo ad cœlum natus eſt, verſ. 18; quod hoc prædictum ſit in Verbo, verſ. 19; quod accedant qui in bono, ac recedent qui in malo, verſ. 20; ut Ipſum recipiant quia ſolus Deus, et ab Ipſo ſolo ſalus, verſ. 21, 22; quod in ſolo Ipſo omnis vita cœli, verſ. 23 ad 25; et quod non apud illos qui contra Ipſum ſunt, verſ. 24.

Cap. XLVI. De prophanatione veri, quæ Bel: quod affectiones falſi et mali illis ſint, verſ. 1; quod non poſſint intelligere verum amplius, verſ. 2; de illis qui non tales ſunt, quod a Domino docti ſint et ducantur, verſ. 3, 4, 5; quod reliqui ex Verbo deſumant bona et vera ac prophanent illa, et faciant ſibi religionem, cui nihil vitæ ineſt, verſ. 6, 7; ut conſiderent, quod non alia religio ſit, quam quæ præcepta eſt in Verbo, ubi omnia vera ſunt, verſ. 8 ad 12; quod prope ſit adventus Domini a quo ſalvatio, verſ. 13.

Cap. XLVII. De illis qui adulterant bonum et prophanant verum, qui Babel: quod non illis amplius dominium, verſ. 1; fingunt falſa fidei et mala amoris, quod deſtruendi uſque ut non ſint, verſ. 2, 3, a Domino, verſ. 4; illi qui prophanant detrudentur, verſ. 5; quod hæc invaſerint Eccleſiam ac perverterint illam, verſ. 6; quod credant ſe dominari ſuper omnes, verſ. 7; et quod dominium non ceſſaturum ſit propter nefarias inventiones cultus quibus fidunt, verſ. 8, 9; quod quia ſe ſuper omnes in mundo ſuſtulerunt, prorſus deſtruentur, verſ. 10, 11; quod omnes fictiones

et

et inventiones cultus nihili valituræ sint, quin dejicientur in infernum, vers. 12 ad 15.

Cap. XLVIII. Exhortatio ad Ecclesiam adulterantem bona et prophanantem vera Verbi ut desistant, quod illis datum sit ut sint Ecclesia, atque agnoscant Dominum, sed frustra, vers. 1, 2; quod aversi sint, quod indicatum illis sit, vers. 3, 4; ne forte credant quod illi ipsi sint aliis superiores, vers. 5; et quod non noverint, vers. 6, 7; cum tamen ab initio tales fuerint, vers. 8; quod non adhuc perdendi sint, propter suas causas, et quod adhuc tempus prolongabitur, vers. 9, 10, 11; sciant quod Ipse Deus Cœli et terræ sit, vers. 12, 13; quod sit Dominus, qui inter adulterantes et prophanantes Verbum venturus sit, et id illis dicturus, vers. 14 ad 17; si Ipsi obediviſſent, quod illis fuiſſent bona et vera Ecclesiæ in omni copia, vers. 18, 19; si relinquerent adulterationes et falsificationes Verbi, et fastum dominandi, forent in omni Ecclesiæ, vers. 20, 21; sed quod non apud illos sit Ecclesia, quia aversi sunt, vers. 22.

Cap. XLIX. De fidelium redemptione et salvatione a Domino, ibi Dominus est Israël; quod doctrinam de Deo daturus sit, vers. 1, 2, 3; quod frustra in Ecclesia, vers. 4; quod Ecclesia ab Ipso instauranda sit cum omni ejus, vers. 5, 6; ut se submittant Ipsi, vers. 7; quod docebit illos omnia salutis vera, vers. 7 ad 11; quod dissiti a veris accessuri sint, vers. 12; quare illis gaudium, vers. 13; ne credant quin Dominus illorum recordetur; recordatur jugiter, vers. 14, 15, 16; quod falsa et mala removebuntur, vers. 17, 19; accessio ab undique ad Ecclesiam, vers. 18; quod cœlum pro illis ampliabitur, vers. 19, 20; quod ex illis, apud quos non fuit Verbum, et inde non verum Ecclesiæ, multitudo accessura, qui colent Dominum, ac instruentur in Divinis veris, vers. 21, 22, 23; quod mala ab inferno non in illos irrumpent, vers. 24, 25; quod ab illis removebuntur qui malum et falsum inferre conantur, qui in infernis erunt, vers. 26.

Cap. L. Quod prior Ecclesia rejiciatur, vers. 1; quod non ibi obediens, nec credens quod Divina potentia salvandi sit, quare omnia Ecclesiæ illis abscondita sunt, vers. 2, 3; quod Dominus jugiter docuerit, vers. 4, 5; quod Dominum male tractaverint, sed quod sustinuerit, vers. 6, 7; quod per Divinum in Ipso Justitia sit factus, vers. 8, 9; quod qui contra Ipsum sunt, a falsis mali perituri sint, vers. 9; quod illi qui remoti sunt a veris confident Ipsi et agnoscent Ipsum, vers. 10; et quod reliqui cum suis malis et inde falsis in infernum dejicientur, vers. 11.

Cap. LI. Quod cultores Dei ad Dominum spectent a quo, et ad Ecclesiam per quam, vers. 1, 2; quia Dominus illos implebit intelligentia, et beatos faciet, vers. 3; quia ab Ipso omne bonum et verum, et cui omnis natio confidet, vers. 4, 5; nihil in æternum manens præter id quod ab Ipso, vers. 6; qui amant bonum, aspiciant Ipsum, et nihili faciant oppositiones hominum, quia perituri ex falsis et malis, vers. 7, 8; ad Dominum, quia Ipsi potentia Divina, ut agat, quia Ipse valet removere inferna, ut absque noxa possint illa hilares transire, vers. 9, 10, 11; quod non timendum sit a malis inde, et ab illorum infestatione, vers. 12, 13; quod Dominus

educet ſalvos, utcunque infernum reſiſtit, verſ. 14, 15; ex Divino ſuo ordinabit cœlum et Eccleſiam, verſ. 16; ab illis quibus falſa ignorantiæ fuerunt, verſ. 17, 18; quod prius defectus veri et boni, unde falſitates immodicæ, verſ. 19, 20; quod Dominus auferet illas, verſ. 21, 22; et dabuntur ſuper illos, qui cum contemtu rejiciunt illos, verſ. 23.

Cap. LII. Ad novam Eccleſiam, ut ampliabitur doctrina veri, ne falſa irrumpant, verſ. 1; et rejiciat falſa, verſ. 2; a quibus capti ſunt, et a quibus liberabuntur, verſ. 3; quia imbuti ſunt cognitionibus falſi, confirmatis per ratiocinia, verſ. 4; ideo malum et ignorantia Dei, verſ. 5; ſed cognoſcent Deum ſuum, quando in mundum venit, verſ. 6, 7; quando reſtituet Eccleſiam, verſ. 8, 9; et manifeſtabit ſe, verſ. 10; et tunc relinquent religioſa, in quibus talia falſa, verſ. 11; Dominus educet eos per gradus, verſ. 12, 13; quod appariturus ſit in humilitate, verſ. 14; quod tunc viſuri et acceſſuri qui in bonis et veris, verſ. 14, 15.

Cap. LIII. De apparentia Domini in ſtatu humiliationis; quod vix credatur quod omnipotentia Dei ſit in Domino, verſ. 1; quia appariturus ſicut vilis, et ideo contemnendus, verſ. 2, 3; et quod apparuerit ſicut non Divinum in Ipſo, verſ. 4; cum tamen per id ſalvatio, verſ. 5; quod ſuſtinuerit omnia uſque ad paſſionem crucis, verſ. 6, 7, 8; et quod ſubjugaret inferna, verſ. 9; quod per paſſionem crucis nova Eccleſia exiſteret, verſ. 10, 11; et quia talia ſuſtinuit, quod victor evadet, verſ. 12.

Cap. LIV. Quod illis, apud quos non prius Eccleſia, multa Eccleſiæ vera erunt, qui multiplicabuntur, verſ. 1, 2, 3; quod falſitatum priorum non recordabitur, quia Dominus Deus Eccleſiæ erit, verſ. 4, 5; quod fuerint ſicut abſque Deo aliquo tempore, verſ. 5, 6; quod hoc factum ſit cum non Eccleſia, ſed reſtituenda a Domino, verſ. 7, 8; quando non verum; cum poſtea non defiturum, verſ. 9, 10; quod doctrinalia erunt plena veris ſpiritualibus et cœleſtibus a Domino, verſ. 11, 12, 13; non ampliùs a falſis ab inferno timebitur, verſ. 14, 15; quod conjicientur in infernum qui contra Eccleſiam ex illis, verſ. 16, 17.

Cap. LV. Quod a Domino gratis recepturi ſint vera, verſ. 1; quod rejicient talia quibus non ineſt vita ſpiritualis, verſ. 2; quod verum in quo vita, et per quod conjunctio, dabitur a Domino, verſ. 3, 4; quod ad Dominum acceſſuri, qui Ipſum non prius noverunt, verſ. 5, 6; de reſipiſcentia, verſ. 7; quod non ſciant viam, per quam ſalvatio, verſ. 8, 9; quod per adventum Domini, verſ. 10, 11; quod per id ſolum felicitas cœleſtis, verſ. 12; et pro malo et falſo bonum et verum in æternum, verſ. 13.

Cap. LVI. Quod venturus Dominus Salvator, verſ. 1; felix qui ſanctam habet unionem Divini et Humani, ac Domini cum Eccleſia, verſ. 2; nec credat quis quod a Domino ſeparatus ſit, verſ. 3; quod extranei, qui illam unionem ſanctam habent, recipiendi ſint in Eccleſiam præ reliquis, verſ. 4, 5; et quod illi quoque, qui in falſis ex ignorantia ſunt introducendi, et quod acceptus erit cultus illorum, verſ. 6, 7; quod etiam reliqui adducendi ſint, verſ. 8, 9; quia ſeducti ab illis, quibus cupiditates malæ

malæ ſunt, verſ. 10, 11; et qui non aliud cupiunt, quam inſanire in falſis, verſ. 12.

Cap. LVII. Quod non amplius verum et bonum et vita in illis, verſ. 1, 2; quia falſificaverunt et adulteraverunt illa, verſ. 3; loquentes contra Divinum, verſ. 4; qui amant falſa quæcunque, et vera quæcunque deperdunt, verſ. 5; et colunt illa quæ ex propria intelligentia, verſ. 6; et extollunt doctrinam inde uſque ad cultum, verſ. 7; et vulgarunt coram omnibus, et extenderunt ad falſa omnis generis, verſ. 8; et vocant cœleſtia bona et vera, et adorant illa omni ſubmiſſione, verſ. 9; quod non retraxerint, quia ex propria intelligentia, verſ. 10; hoc quia non conſuluerunt Dominum qui doceret, verſ. 11, 12; quod falſa illos perdent; aliter qui amant Dominum, ut vera doceat et falſa removeat, verſ. 13, 14; quod Dominus id faciet cum humilibus corde, verſ. 15; quod non poſſit id facere illis qui ex proprio ſapiunt, verſ. 16, 17; ſed illis qui dolent ſuper id, verſ. 18; non cum illis qui ex naturali producunt mala et falſa, a quibus nuſquam removentur, verſ. 20, 21.

Cap. LVIII. De iniquitate Eccleſiæ veteris, quæ detegenda, verſ. 1; ſunt ſicut qui amant verum, verſ. 2; et ſicut qui ſe convertunt, verſ. 3; ſed convertunt ſe ex malo, verſ. 4; quod converſio non ſit devote loqui, ſed fugere mala, verſ. 5, 6; et charitatem exercere, verſ. 7; tunc illis vera in copia, et Dominus erit apud illos, verſ. 8 ad 11; ita apud illos erit Eccleſia, et reſtaurabunt omnia Eccleſiæ, verſ. 12; ſi unionem Domini cum Eccleſia ſanctam habent, quod venturi ſint in cœlum, verſ. 13, 14.

Cap. LIX. Quod Dominus audiat et poſſit omnia, ſed quod falſa et mala impediant, verſ. 1, 2; quod vera ab illis ſint falſificata, unde mala vitæ et falſa doctrinæ, verſ. 3, 4; quod excludant talia quæ captant et fallunt, et poſtea necant, verſ. 5; quod illa quæ doctrinæ et quæ vitæ apud illos non valeant ad quicquam, verſ. 6; ſeduli ſunt ad pervertendum, unde vaſtatio, verſ. 7; qui ſequitur, perdit vera Eccleſiæ apud ſe, verſ. 8; inde eſt, quod in falſis ſint et nihil videant in media luce, verſ. 9, 10; inde non ſalvatio, verſ. 11; quia non niſi quam mala, et quam averſio a veris, ita a Domino, verſ. 12 ad 15; quoniam non aliquis in vero, et non aliquis in Domino; ideo Ipſe ſolus ex Divino vero propria potentia pugnavit, verſ. 16, 17; ſicut ex vindicta, verſ. 18; quare Ipſi divinus cultus, quia ab Ipſo Redemptio, verſ. 19, 20; et quod a Divino Ipſo omne verum Eccleſiæ in æternum, verſ. 1.

Cap. LX. Adventus Domini cum Divino Vero, quando non niſi quam falſum et malum falſi, verſ. 1, 2; quod Divinum modo in Domino, verſ. 2; quod acceſſuri ad Ipſum in multa copia ab undique, etiam qui externi, verſ. 3, 4, 5; qui colent Dominum ex bono et vero, verſ. 6, 7; quod acceſſuri qui in umbra veri, verſ. 8; quod apud illos vera Eccleſiæ et Eccleſia, verſ. 9, 10; quod acceſſio continua erit ob ſalutem, verſ. 11, 12; quod ſpirituales morales acceſſuri, verſ. 13; etiam qui prius Dominum non cognoverunt, verſ. 14; qui diſcent a Domino vera ſpiritualia, verſ. 15, 16; quod illis naturale fiet ſpirituale, verſ. 17; non amplius perverſio

veri

veri et boni, verſ. 18; non amor falſi, ſed amor Domini, verſ. 19; et hoc in æternum, verſ. 20, in cœlo cum creſcente intelligentia, verſ. 21, 22; hæc cum venit Dominus, verſ. 22.

Cap. LXI. De adventu Domini, ad ſalvandum illos qui in ignorantiæ veri et in deſiderio ejus ſunt, et quando judicium faciendum eſt, verſ. 1, 2, 3; quod tunc illa Eccleſiæ quæ perierunt reſtituenda ſint, verſ. 4; Eccleſiæ externa, verſ. 5; Eccleſiæ interna, verſ. 6; plus quam uſquam prius, verſ. 7; quod per illorum vera et bona conjunctio, verſ. 8; et agnoſcenda, verſ. 9; quod talia Eccleſiæ exſtitura, cum Dominus venit, verſ. 10, 11.

Cap. LXII. De adventu Domini et de Eccleſia tunc qualis, quod Eccleſia exſtitura ſit, quæ agnitura Dominum, in qua ipſa vera cœli, et plus quam prius, verſ. 1, 2, 3; quod non ut prius a Domino ſeparati erunt, ſed cum Ipſo conjuncti, verſ. 4, 5; quod hoc evangelizabitur uſque dum fiat, verſ. 6, 7; quod tunc non erunt vera Verbi illis qui ea falſificant, ſed qui recipiunt, verſ. 8, 9; quod præparatio fiet, verſ. 10; et annuntiabitur quod Dominus venturus, verſ. 10, 11; et quod illa Eccleſia erit ab Ipſo, verſ. 12.

Cap. LXIII. De Domino et de pugnis Ipſius. Dominus quoad Divinum Verum ſeu Verbum, ex quo Divina Potentia Ipſius, verſ. 1; quod Verbum prorſus adulteratum et deperditum ſit, verſ. 2; quod non aliquis in veris, et quod ideo Dominus ſolus pugnaverit et vicerit, ut ſalvatio ſit fidelibus, verſ. 3, 4, 5, 6; quod ex miſericordia id factum ſit, ut illi qui volunt recipere verum, ab Ipſo ſalventur, verſ. 7, 8; ut ex Divino amore duceret illos, verſ. 9; quod illi, qui prius ab Eccleſia Ipſius, converterint ſe, verſ. 10; quod tamen prius quam illa Eccleſia fuit, duxerit homines, et tutatus ſit in medio inferni, verſ. 11 ad 14. Oratio ad Dominum ut miſereatur, quia Ipſe ſolus redemit, verſ. 15, 16; quod alioquin periiſſent, et infernum dominatum fuiſſet, verſ. 17, 18; quod tunc potentia, cum Dominus venit, verſ. 19.

Cap. LXIV. Quod Dominus perire faciat infernales, quando cum Divina potentia venit, verſ. 1, 2; quod non prius auditum et factum ſit, verſ. 3; quod ita ſalvet fideles, verſ. 4; quod omnes in peccatis, et nulli ſalus, niſi veniat, verſ. 5, 6; cum tamen omnes ab Ipſo creati ſint, verſ. 7; ut ideo ſpectet ad illos, verſ. 8; cum omnia Eccleſiæ vaſtata ſunt, verſ. 9, 10; hoc Dominus non poteſt ſufferre, verſ. 11, 12.

Cap. LXV. Quod Dominus præſens fuerat apud illos, qui contra Ipſum ſunt, qui in amoribus diris falſi et mali, et qui rejiciunt Ipſum, verſ. 1 ad 5; quod perituri propter cultum contrarium, verſ. 6, 7; ſed quod uſque non peribunt omnia Eccleſiæ, quia fiet Eccleſia, verſ. 8, 9, 10; ſed quod illi qui perverterunt Verbum, perituri ſint ex falſis, verſ. 11, 12; quod illi miſeri fient, alii felices, verſ. 13, 14; quod conjungentur Domino, verſ. 15, 16; quod Dominus inſtauraturus ſit novam Eccleſiam, verſ. 17, 18; in qua omnia bona et vera, ita omnia cœli, verſ. 19, 20, 21; et quod illa non peritura, verſ. 22, 23; quod Dominus docebit, verſ. 24; quod falſa et mala non amplius perdent, verſ. 25.

Cap.

Cap. LXVI. Quod cœlum et Ecclesia sint apud illos, qui vivunt in humilitate, et vivunt secundum præcepta, vers. 1, 2; aliter apud illos, qui omnem cultum perverterunt in malum, vers. 3; quod illis retribuentur, quia non obediverunt, vers. 4; quod illi qui extra Ecclesiam obediunt et loco illorum recipientur, vers. 5; interitus malorum, vers. 6; quod antequam illi intereunt, Ecclesia apud alios instauretur, vers. 7, 8; et instaurabitur, vers. 9; quod Divinum verum cum guadio haurient, vers. 10, 11; quod illis omnia bona et vera, vers. 12, 13, 14; quod exitium illis qui contra illos, vers. 14, 15; et peribunt, vers. 16, qui perverterunt sancta Ecclesiæ, vers. 17; quod ab undique accessuri ad Dominum, vers. 18; ab omni religione, vers. 19; erunt in omni vero doctrinæ Ecclesiæ, vers. 20; et in bono ejus, vers. 21; quod illa quæ Cœli et Ecclesiæ apud illos permansura sint, vers. 22; quod jugiter colent Dominum, vers. 23; quod qui rejecerunt Ipsum, in falsis et in malis suis in perpetuum permansuri sint, vers. 24.

JEREMIAS.

Cap. 1. STATUS Ecclesiæ perversus, vers. 1, 2, 3; de Domino, qui ibi Jeremias, quod nasciturus, ut omnes doceat Divinum Verum, vers. 4 ad 8; quod ex Divino suo doceret vera et bona Ecclesiæ, et quod destrueret falsa et mala, vers. 9, 10; quod data sint illis vera omnis boni per Verbum, vers. 11, 12; sed quod illa perverterint, vers. 13; unde omnis generis falsa contra vera Ecclesiæ, vers. 14, 15; et inde cultus contrarius, vers. 16; quod Dominus admissurus illos ut pugnent contra Ipsum, et quod succumbent, quia Domino Divinum, vers. 17, 18, 19.

Cap. II. De instaurata Ecclesia apud antiquos, de primitivo ejus, quod defensa a falsis et malis, vers. 1, 2, 3; quod ex nulla causa recesserint ab Ipso, qui illos duxerat et tutatus est, vers. 4, 5, 6; et docuerat omnia Ecclesiæ, quæ tamen tam vera quam bona perverterunt per recessionem a Domino, vers. 7, 8; quod usque cum molestia docebit, vers. 9; quod nulla gens mutaverit religionem suam sicut illi fecerunt, vers. 10, 11; horrendum quod rejecerint Dominum, ac sibi falsa doctrinæ excuserint, vers. 12, 13; quare Ecclesia et ejus doctrina devastatæ sunt, vers. 14, 15; per falsa ex naturali homine, vers. 16; quod hoc, quia rejecerunt Dominum, vers. 17; per scientifica et ratiocinia, vers. 18; quod punitiones sibi attrahant, quia separaverunt se a Domino, et coluerunt infernalia, vers. 19, 20; cum tametsi data sunt illis genuina vera, et tamen tales facti sint, vers. 21; utcunque in externis agunt cultum similem, quod usque interius sint infernales, vers. 22, 23; quod cupiant in falsis et malis esse et fugiant vera et bona, vers. 24, 25; quod mala et falsa sint cultus eorum, vers. 26,

27; quod hoc apud omnes, verſ. 28; quod non velint reverti, etiamſi caſtigati, verſ. 29, 30; quod tamen non a Domino relicti ſint, ſed quod illi reliquerint Ipſum, verſ. 31, 32; quod pugnant ad confirmandum illa per falſificationes Verbi, verſ. 33, 34; quod illi confirmaverint illa per ratiocinia ex naturali homine, verſ. 36; quod tamen confirmationes ſint nihili, verſ. 37.

Cap. III. De Eccleſia ſpirituali, ſeu de veris Eccleſiæ, quod abiverint et falſificaverint vera, verſ. 1, 2; quod non vera vellent intelligere, verſ. 3; quod ſolum Verbum in litera exterius agnoverint, non tamen cum illo, ſed cum falſis, verſ. 4, 5; quod Eccleſia, quoad vera, falſificaverit illa, et non voluerit reformari, verſ. 6, 7; quod ſimile Eccleſia cœleſtis ſeu quoad bona fecerit, quod ſicut vera ita quoque bona adulteraverit, verſ. 7, 8, 9; quod falſa mali colant, et plus perverterint bona quam vera, verſ. 10, 11; hortatio ad rejectionem falſi et ad receptionem veri, ut ſit conjunctio et Eccleſia, verſ. 12, 13, 14; et tunc cognitio, verſ. 15; quod cum veniet Dominus, non amplius futurum repræſentativum Eccleſiæ, ſed Eccleſia, ubi Ipſe Dominus loco illius, verſ. 16, 17; quod tunc verum et bonum unum facient, verſ. 18; de illis qui acceſſuri quod adoptandi ut filii a Domino, verſ. 19; ſed quod Eccleſia perverſa facta ſit, verſ. 20; agnitio et confeſſio illorum qui e nova Eccleſia erunt, quod falſa et mala illis, verſ. 22 ad 25.

Cap. IV. Exhortatio ut deſiſtant a malis et agnoſcant Dominum, ex quo ſalvatio illis qui in bonis et veris ſunt, verſ. 1, 2; niſi deſiſtant et convertant ſe, quod prorſus perituri, verſ. 3, 4; ut removeantur illi qui agnituri, dum interitus perſtat, verſ. 5, 6; quia devaſtatio quoad omnia Eccleſiæ inſtat, verſ. 7; quæ non per externum luctum deſinit, verſ. 8; nec per querelas, quod pereant, cum tamen in Verbo dicitur, quod ſalvandi, verſ. 9, 10; reſponſum quod non velint agnoſcere et recipere, verſ. 11, 12; quod falſa irrumpant, verſ. 13; de corruptione Eccleſiæ, verſ. 14, 15; quoad doctrinam, verſ. 16; quoad verbum, verſ. 17; lamentatio ſuper illa, verſ. 18 ad 21; quod non amplius intellectus veri, verſ. 22; quod omnia Eccleſiæ, uſque dum non aliquid ſuperſit, deſtructa ſint, verſ. 22 ad 27; et Eccleſia nulla, verſ. 28, 29; quod non poterint ullo modo reſtitui apud illos, verſ. 30; deſperatio illorum a quibus nova Eccleſia, verſ. 31.

Cap. V. Quod non ſit aliquod verum in doctrina et in Eccleſia, et ſi credunt, eſt falſum, verſ. 1, 2; adacti ſunt per pœnas, ſed uſque non receperunt, verſ. 3; quod non ex ſimplicitate, ſed quod ſtudio et ex induſtria, verſ. 4, 5; ideo omnia falſa et mala falſi irruperunt, verſ. 6; rejecerunt omnem miſericordiam, quia omnia vera et bona, quæ illis in omni copia fuerunt, perverterunt, verſ. 7, 8; quare non poſſunt non perire, verſ. 9, 10; nam mala et falſa agnoverunt ſicut bona et vera, quia receſſerunt a Domino, verſ. 11, 12; et Verbum annihilarunt, verſ. 13; quare infernale malum invadet illos, quod amplius deſtruet omnia bona et vera Eccleſiæ, verſ. 14, ad 17; ſed adhuc non prorſus, verſ. 18; quod hoc illis

illis quia reliquerunt Dominum, verſ. 19, 20; cum tamen poſſunt ſcire, quod ſolus Dominus poſſit omnia, et non volunt ſcire, quod Ipſe ſit Deus, a quo omnia vera et bona, verſ. 21 ad 24; quod hoc, quia illis jucundum eſt pervertere et fallere, verſ. 25 ad 27; et propter id æſtimantur, verſ. 27, 28; non poſſunt non perire, verſ. 29; quia omnia bona et vera a primariis ad ultima taliter perverſa ſunt, tum quia omnes a ſummis ad imos faciant ita, verſ. 30, 31.

Cap. VI. De illis qui in ultimo cœlo conjunctionem cum Domino habent, qui ſunt filii Benjaminis, quod pereat Eccleſia apud illos per falſa mali, verſ. 1, 2; quod non amplius verum et bonum illis, ſed falſum et malum, quæ perdunt illos, verſ. 3, 4, 5; quod Eccleſia per illa apud eos deſtruatur, verſ. 6, 7; quod adhuc ſint aliqua vera, ne illa perdant, verſ. 8, 9; ſed non auſcultant, verſ. 10; quare omnia deſtruuntur, verſ. 11; ſic alii loco illorum recipiantur, verſ. 12; quia omne ibi perverſum eſt, ut non aliquod tutamen contra falſum, verſ. 13, 14; quæ non agnoſcunt eſſe falſa, verſ. 15; ac repudiant vera, verſ. 16, 17; quare exitium illis, verſ. 18, 19; inde opera cultus eorum nihili faciunt, verſ. 20; quod illis interitus, verſ. 21; per falſa, ex quibus ratiocinantur contra Eccleſiæ vera, verſ. 22, 23; de illis qui ſeparantur et dolent ſuper eos, verſ. 24, 25, 26; quod perverſi probati, et inventi quod non aliqua reſtitutio, verſ. 27 ad 30.

Cap. VII. De illis qui in ultimo cœlo, apud quos Eccleſia quoad bonum, ad illos, verſ. 1, 2; ut ſpectent ad vera et bona, verſ. 3; ne credant quod apud illos Eccleſia ſit, verſ. 4; niſi vivant ſecundum præcepta, et non violent Verbum, verſ. 5, 6; quod illa non faciant quod Eccleſia, verſ. 7; ſi contra præcepta vivitur, quod non Eccleſiæ cultus ſit, verſ. 8, 9, 10; quod Eccleſia Domini non ſit illis qui prophanant ſancta, verſ. 11; per id fit deſtructio Eccleſiæ, ſicut alibi, etiam hic, verſ. 12 ad 15; non valeat interceſſio, verſ. 16; quia certum quod prophanent vera et bona cœli, verſ. 17 ad 19; inde interitus omnium, verſ. 20; quod fidant ſuper externa cultus, quæ nihili ſunt, quia nulla interna cultus illis, verſ. 21 ad 24; quod obnixe rejecerint interna, uſque a principio, verſ. 25, 26; quoniam reformatio fruſtra, rejicietur omne cultus eorum, quia prophanant omnia Eccleſiæ, verſ. 27 ad 31; quod conjicientur in infernum, ubi non niſi quam falſum et malum, verſ. 32, 33; ita Eccleſia illa peritura eſt, verſ. 34.

Cap. VIII. Quod prophanatores veri conjicientur in infernum et manſuri in prophanis ſuis, verſ. 1, 2; quod omnia reliqua eorum etiam interitura ſint, verſ. 3; quod tales ſint ut non poſſint converti et reduci, verſ. 4, 5, 6; quod non velint ſcire aliquod verum ex Verbo, rejicientes illud, verſ. 7 ad 9; quare illa quæ apud eos dabuntur aliis, verſ. 10; quod falſa ſua defendant, et dicant eſſe vera Eccleſiæ, quod non velint aliter, verſ. 11, 12; quare quia nihil veri et boni amplius, perituri ſunt, verſ. 13; recurſus ad Verbum, ſed fruſtra, verſ. 14, 15; tunc fallaciæ ſenſualis hominis, et ex his ratiocinationes perdent illos, et infectabunt veneno, verſ. 16, 17;

dolor

dolor et lamentatio reciproca, quod tamdiu protrahatur tempus antequam nova Eccleſia ab aliis inſtaurari poteſt, verſ. 18 ad 23.

Cap. IX. Quod in Eccleſia non niſi quam falſificatum ſit, et inde malum, quia recedunt a Domino, verſ. 1, 2; quod unum falſum ab alio uſque dum non niſi quam falſum, verſ. 3, 4, 5; ſimulatio, cum docentur, quod velint, ſed uſque non, verſ. 6, 7; annon perituri, verſ. 8; dolor propter exitium omnium Eccleſiæ, uſque ut non ſuperſit, verſ. 9, 10, 11; quia Verbum repudiarunt, et cupiditatibus ſuis obediverunt, ideo in falſis mali ſunt, verſ. 12, 13, 14; quare perituri a malis et inde falſis, verſ. 15; lamentatio ſuper devaſtatione, verſ. 16 ad 18; lamentatio quod inde interitus, verſ. 19, 20; quia infernale malum et falſum illis, verſ. 21; ut ſciatur quod omne veri et boni, et inde omne potentiæ et ſapientiæ ſit ex agnitione Domini, verſ. 22, 23; adventus Domini ad judicium ſuper omnes qui in externis abſque internis ſunt, verſ. 24, 25.

Cap. X. Ne timeantur qui ex propria intelligentia et per artes valere volunt, verſ. 1, 2; deſcribitur quomodo faciunt ut malum appareat ſicut bonum, et ſicut valeant, verſ. 3 ad 5; cum tamen ſolus Dominus valet, verſ. 6, 7; quod abutantur Verbo ad faciendum, verſ. 8, 9; cum tamen Dominus ſolus regnat, verſ. 10; et quod qui Ipſum non agnoſcunt, evaneſcant, verſ. 11; quod a Domino omne verum, verſ. 12, 13; quod propria intelligentia prorſus nihili ſit, quod interitura, verſ. 14, 15; aliter Eccleſia, quæ fidet Domino, verſ. 16; præparatio horum, dum interitus priorum, verſ. 17, 18; dolor propter receſſionem a Domino et vaſtationem Eccleſiæ, verſ. 19, 20, 21; exitium eorum, verſ. 22; oratio ad Dominum, ne una cum malis pereant, verſ. 23 ad 25.

Cap. XI. Quod facerent præcepta et agnoſcerent Dominum, quod eſt fœdus, verſ. 1, 2, 3; quod cum illis fuit, cum reformati ſunt, verſ. 4; quod per id illis omne bonum et verum Eccleſiæ, verſ. 5, 6; quod hoc illis ſæpius dictum, ſed non obedientia, verſ. 7, 8; ſed omnes fecerant contrarium, et agnoverunt alium deum, verſ. 9, 10; quod ideo illis non auxilium, quia omnes amant falſa et colunt alios deos, verſ. 11 ad 13; non valebit interceſſio, verſ. 14; quod Eccleſiam ac ejus bonum et verum profanaverint, verſ. 15, 16; quod manifeſtum ſit per id, quod Dominum morti traderent, verſ. 18, 19; quod ideo illis retributio, verſ. 20; quod non audire de Domino velint, verſ. 21; quod perituri per falſa die judicii, verſ. 22, 23.

Cap. XII. Ab Eccleſia, quæ exſpectat Dominum, quæritur cur florent impii, verſ. 1, 2; ut veniat et removeantur mali, verſ. 3; quia non amplius vera et bona apud illos, verſ. 4; quod propria intelligentia illis ſit, verſ. 5; nec plus volunt ſcire, verſ. 6; quod Eccleſia, ubi Verbum, contra Dominum ſe vertat, et amplexa eſt falſa, unde deſolata et vaſtata eſt prorſus, verſ. 7 ad 12; quod bona vertantur in mala, verſ. 13; quod ideo expellendi ſint, et loco illorum alii, ex quibus Eccleſia, acceptandi, verſ. 14, 15; quod remanſuri, quouſque agnoſcunt Dominum, verſ. 16, 17.

Cap.

Cap. XIII. Repræsentatur per cingulum lini quod verum Ecclesiæ per ratiocinia ex naturali homine successive periret, vers. 1 ad 7; quod simile factum sit cum Ecclesia ubi Verbum, ubi recesserunt a Domino, et inde a veris, vers. 8 ad 11; et postea pro veris falsa, vers. 12, 13; et inde interitus, vers. 14; quod caverent sibi, ne loco veri sit mere falsum, vers. 15, 16; dolor propterea, vers. 17; videatur quod omne verum Verbi pereat, vers. 18, 19; quod falsa loco eorum, vers. 20; quod inde instet exitium, vers. 21; causa, quia interius mali, et inde quoque exterius mali fiunt, vers. 22; quod non possit aliter, vers. 23; quare exitium propter quod reliquerint Dominum, et quod inde falsa illis, vers. 24, 25; quare interiora, quæ mala, aperientur, vers. 26, 27.

Cap. XIV. Quod verum prorsus deficiat in Ecclesia, vers. 1 ad 3; quod qui quærit non inveniat, vers. 4 ad 6; precatio ad Dominum ut misereatur, vers. 7 ad 9; responsum quod recesserint, vers. 10; quod ideo non ad precationem, nec ad cultum attentio, vers. 11, 12; quod adblanditum illis quod non defectus et desolatio veri, vers. 13; quod hoc sit ex doctrina falsi eorum, quæ peritura, et una illi qui vivunt secundum illam, vers. 14 ad 16; dolor super id, quod non in Ecclesia, nec in doctrina aliquod verum, vers. 17, 18; querela super id, vers. 19; precatio pro illis, vers. 20 ad 22.

Cap. XV. Responsum, quod non valere possit ulla intercessio pro illis, vers. 1; quod conjicientur in infernum, ubi falsa et mala omnis generis, vers. 2, 3; quod ab Ecclesia expellendi, vers. 4, 5; quia recesserunt, vers. 6; quod non sit illis aliquod verum, vers. 7; quia non verum ideo falsum, vers. 8; quod desierit Ecclesia apud illos, vers. 9, 10; quod tempore judicii illis exitium, vers. 11; quod deperditi a falsis e naturali homine, inde illis non vera ex Verbo, quod ea auferentur, vers. 12, 13, 14. De Domino, et de Ipsius pugnis ex Divino Vero, vers. 15, 16; quod a falsis eorum Ipsi dolor, vers. 17, 18; quod Ipsi victoria super illos, vers. 19 ad 21.

Cap. XVI. Quod cum illa Ecclesia non sit conjunctio cum Domino, quia non ibi vera et bona, vers. 1, 2, 3; quod non possint non projici in infernum, vers. 4; quod nulla miseratio possit dari, vers. 5, 6, 7; quia ab illis non aliquod bonum et verum potest recipi, vers. 8; quod omnis conjunctio cum Domino cum illis perierit, vers. 9; quod hoc inde sit, quia abiverunt a colendo Dominum, inde cultus non Dei, vers. 10, 11; inde quisque ex se vult sapere, vers. 12; quare in inferno erunt, vers. 13; quod alii a Domino ad Ecclesiam adsciscendi sint, vers. 14, 15; tam naturales quam rationales, vers. 16; quod retributio illis, qui primi prophanaverunt Ecclesiam, vers. 18; quod illi, ex quibus Ecclesia, agnituri sint Dominum, vers. 19, 20, 21.

Cap. XVII. Quod in internis eorum sit, colere modo externa, vers. 1, 2; quod omnia scientifica vera auferentur, vers. 3; nondum; sed quod in infernum venturi, vers. 4; quod illi, quia sibi fidunt, non aliquid veri et boni percipiant, vers. 5, 6; viciissim illi qui Domino fidunt, quod illis

ſemper bonum et verum, verſ. 7, 8; quod Dominus ſciat quid interius latet, qualitercunque externum apparet, verſ. 9, 10; quod vera, quæ diſcunt, non illis uſui ſint, verſ. 11; quod Dominus ſit cœlum et Eccleſia, quare qui ab Ipſo recedunt, damnati ſunt, verſ. 12, 13; precatio ad Dominum, et agnitio, ut removeantur mali, verſ. 14 ad 18; Dominus ad illos qui in externis, verſ. 19, 20; ut Divinum Ipſius agnoſcant, quod eſt Sabbathum, nec illud violent, verſ. 21 ad 24; quod tunc illis intellectus Verbi, verſ. 25; et quod tunc cultus ex veris, verſ. 26; ſi non agnituri ſunt, quod externa ab internis peribunt, verſ. 27.

Cap. XVIII. Repræſentatum quod qui in falſis et malis ſunt, poſſint a Domino reformari, verſ. 1 ad 4; quare illi, qui poſt pœnitentiam ſe convertunt, tametſi in falſis et malis ſunt, a Domino acceptantur, verſ. 5 ad 8; viciſſim, quod qui in veris et in bono ſunt, et malum faciunt, pereant, verſ. 9, 10; dictum ad illos, qui in Eccleſia, ut pœnitentiam agant et ſe convertant, ſed quod nolint, verſ. 12, 13; quia amant falſa omnis generis, et per id Eccleſiam apud ſe annihilant, verſ. 14 ad 16; quare deſtruentur, verſ. 17; quod contra Dominum, et inde contra Verbum Ipſius ſe extollant, contemnendo Ipſum, et falſificando illud, verſ. 18; lamentatio ſuper id, verſ. 19, 20; quod illis non aliquod Eccleſiæ verum, et quod aſtute agant, verſ. 21, 22; quod non condonari poſſint, verſ. 23.

Cap. XIX. De Eccleſia inſtituta, verſ. 1; ſed quod vera eorum per dira falſa deſtruerint, quod ideo Eccleſia perierit, verſ. 2, 3; quod reliquerint Dominum, et amaverint mala ſcaturientia ex amore ſui, verſ. 4, 5; quare non amplius ibi Eccleſia ſed infernum, verſ. 6; quod ibi erunt inter prophanatores, verſ. 7, 8; ubi odium internecinum inter illos, verſ. 9; repræſentatum quod Eccleſia ibi deſtructa ſit, ut non reparari poſſit, verſ. 9 ad 11; quod actualiter ſit ibi infernum, quia nihil niſi quam concupiſcentia amoris ſui, verſ. 12, 13; quod hoc illis per Verbum prædictum ſit, verſ. 14, 15.

Cap. XX. Quod blaſphement Verbum, verſ. 1, 2, 3; quod venturi inter illos qui blaſphemant et adulterant Verbum, verſ. 4; quod omnia vera et bona Verbi diſpergentur ab illis, verſ. 5; quod ſic perituri cum illis, verſ. 6; lamentatio ſuper blaſphemias in Dominum, et in Verbum, verſ. 7, 8, 9, 10; ſed fiducia Domino in pugnis quod Verbum protegatur, verſ. 11, 12, 13; deſperatio quod ita fiat cum Verbo, verſ. 14 ad 18.

Cap. XXI. Quod infernum blaſphematorum Domini et prophanatorum Verbi adeſſet, verſ. 1, 2; quod id non poſſit a Domino averti, quia ipſi adſciſcunt ſibi illud, verſ. 3, 4, 5; quod omnia eorum talia ſint, verſ. 6; et quod omnes perituri, verſ. 7; quod pejus ſit illis qui ſtudent Verbo, quia id ex prophano intus, verſ. 8, 9, 10; quod non bonum et verum, verſ. 11, 12; quod obfirmatio cordis, verſ. 13; quod inde interitus, verſ. 14.

Cap. XXII. Ad illos in Eccleſia qui in ſcientia rerum ſunt, verſ. 1, 2; quod ſi faciant ſecundum vera Verbi et ſcientiam ſuam, et non illa perverterent, foret illis intelligentia, verſ. 3, 4; quod alioquin periturum eſt omne

intelligentiæ,

intelligentiæ, verſ. 5, 6; et omne ſcientiæ eorum, quia ſeparaverunt ſe a Domino, verſ. 7, 8, 9; quod nulla reſtitutio, verſ. 10; quod non amplius ab illis Eccleſia, verſ. 11, 12; quia per ratiocinia ex falſis fecerent ſibi religionem, verſ. 13, 14; quod priores illorum, qui in Eccleſia, non fuerint tales, verſ. 15, 16; ſed quod Eccleſiam perverterint per omnis generis falſa, verſ. 17; quod non poſſit fieri miſeratio, quia ſicut prophani ejiciantur, verſ. 18, 19; quod non attendere velint ad Verbum, verſ. 20, 21; quia falſa religionis imbuerunt, verſ. 22; quod per Verbum non poſſint tutelam habere, utcunque illud ore agnoſcunt, verſ. 23, 24; quod inter illos venturi, qui prophanant Verbum, et ſibi per id faciunt religionem contrariam veris Eccleſiæ, a qua religione recedere non poſſunt, verſ. 25, 26, 27; quod illis non aliquod verum ſit, quod non perverſum et prophanatum, verſ. 28 ad 30.

Cap. XXIII. Contra illos qui bonum Verbi perverterunt, et per id Eccleſiam deſtruxerunt, qui ſunt paſtores, verſ. 1, 2; quod perituri, et quod Dominus Eccleſiam ex aliis inſtaurabit, qui bonum ejus docebunt et diſcent, verſ. 3, 4; quod hoc Dominus facturus ſit, et quod tunc qui ab Eccleſia Ipſius ſalvandi ſint, verſ. 5, 6; quod tunc agnoſcent quod Dominus ſit Jehovah, et quod Eccleſia Ipſius ſit, verſ. 7; contra illos qui pervertunt vera Verbi, qui ſunt prophetæ, verſ. 9; inde Eccleſia plena falſis et perverſa, verſ. 10; et non amplius verum et bonum, niſi externum, verſ. 11; quia illi non vident vera, die judicii pereunt, verſ. 12; quod vera pervertantur per falſa principia, quæ ſunt religionis, verſ. 13; quod autem Verbum pervertatur, hoc peſſimum, verſ. 14; his non erit niſi quam falſum, verſ. 15; quod et confirmant ex Verbo, verſ. 16, 17; dicentes Divinum eſſe, verſ. 18; quod die judicii perituri, verſ. 19, 20; quod illi ex ſe et non ex Domino diſcant, ſi a Domino, recederent a malis, verſ. 21, 22; ſic Dominus eſſet cum illis, verſ. 23, 24; quod per falſam interpretationem pervertant, verſ. 25, 26; inde non intellectus veri, verſ. 27; quia non a Domino, qui etiam eſt Verbum, in quo verum ab Ipſo ſe manifeſtat, verſ. 28, 29; perverſiones veri adhuc ab illis qui ſe illuſtratos dicunt, verſ. 30, 31; cum tamen non illuſtrati ſunt, verſ. 32; quod Divinum verum indicet quod receſſerint, verſ. 33; qui aliter dicit, luet, verſ. 34; porro, quod non ſcituri ſint, quid Divinum verum, verſ. 35, 36; et quia dicunt Divinum verum eſſe quod eſt falſum, removebitur verum Eccleſiæ ab illis, inde illis exitium, verſ. 37 ad 40.

Cap. XXIV. Poſtquam tota Eccleſia adulteraverat et prophanaverat Verbum, repræſentatum eſt, quod pars eorum tales eſſet ut poſſent reformari, pars autem non poſſent, quæ ſunt duæ corbes ficuum, in una bonæ, et in altera malæ, verſ. 1, 2, 3; qui poſſent reformari, erant qui prorſus vaſtati erant, ut non ſcirent quid verum et bonum, quod hi poſſunt tandem doceri, agnoſcere Dominum, recipi et fieri Eccleſia, verſ. 4 ad 7; qui autem non poſſent reformari, erant qui vellent adhuc in cultu ex Verbo eſſe, quem cultum tunc continuo prophanarent, verſ. 8, 9; quod apud hos omne ſanctum prophanaretur, et illi perirent, verſ. 9, 10.

Cap.

Cap. XXV. Dominus ad illos, apud quos Eccleſia inſtituta eſt, verſ. 1, 2, 3; quod docuerat illos continue per Verbum, ut deſiſterent a malis, et non abirent ad cultum alium quam Domini, ſed non obediverunt, verſ. 4 ad 7; quod ideo omne Eccleſiæ apud illos periturum ſit, et erunt in tentationibus ab illis qui ſancta prophanant, verſ. 8 ad 11; quod tentatoribus poſtea retribuatur, verſ. 12; quod ita fiet, verſ. 13, 14; quod cognitiones veri et boni, tum veritates omnis generis et ſpeciei perituræ ſint, verſ. 15 ad 27; quod non poſſit quin fiat, etiam apud illos qui in cognitionibus ex Verbo ſunt, verſ. 28 ad 30; quod non ullum verum amplius, quod non prophanatum; verſ. 31 ad 33; lamentatio ab illis qui in bono et inde in veris ſunt, verſ. 34 ad 38.

Cap. XXVI. Hortatio a Domino, ut pœnitentiam agerent, et viverent ſecundum præcepta Ipſius in Verbo, verſ. 1 ad 5; quod alioquin Eccleſia apud illos deſtrueretur, verſ. 6; quod malum et falſum religionis condemnaverint Ipſum morti, verſ. 7 ad 9; ſed vera Eccleſiæ, quia loquutus eſt ex Divino, abſolverint illum, verſ. 10 ad 16; documentum quod non morti condemnaverint cum inſpiratus loquutus eſt, verſ. 17 ad 19; præter unum qui falſe loquutus eſt, verſ. 20 ad 23; quod Dominus non condemnatur propter populum, verſ. 24.

Cap. XXVII. Quoniam actum eſt cum Eccleſia et cum omnibus ejus, quod non amplius ibi eſſent, ne prophanarent illam; quod ideo abducti Babelem, ubi ſancta ejus non prophanare poſſent, et qui non abirent, eſſent prophanatores, ac perituri, verſ. 1 ad 8; quod qui aliud docent, falſa doceant, verſ. 9 ad 11; quod omnes abituri apud quos Eccleſia inſtituta eſt, et quod alioquin prophanarent, ac perituri, verſ. 12, 13; quod non crederent aliud, verſ. 14, 15; quod nihil ex ſanctis, ne quidem ab externis ejus, remanſurum ſit, quia prophanatum, verſ. 16 ad 21; quod ab aliis Eccleſia, poſtquam illa a prophanis liberata eſt, verſ. 22.—Cauſa erat, quia terra Canaan et omnia ibi repræſentabant Eccleſiam, quæ quia nominata ſunt in Verbo, non potuerunt illi, qui prophanarunt ſancta, tolerari ibi.

Cap. XXVIII. Quod Verbum intellexerint in ſenſu contrario, et quod inde ſibi perſuaſerint, quod prophana religionum eorum eſſent ſancta Eccleſiæ, et quod ideo non abducendi a terra, ſed indicatum quod falſa ſibi perſuaſerint, verſ. 1 ad 17.

Cap. XXIX. Dictum illis qui in captivitate ſpirituali ſunt, ut ſtudeant veris et operentur bonum, ac maneant in illis, verſ. 1 ad 7; nec imbuerent falſa, verſ. 8, 9; quoniam dum captivitas eorum ſpiritualis ceſſat, ab illis qui tales ſunt et qui agnoſcunt Dominum Eccleſia nova inſtituenda eſt, verſ. 10 ad 15; quod illi qui prius ab Eccleſia prophanaturi ſint ſancta Eccleſiæ, et quod ideo perituri ſint, verſ. 16 ad 19; quod illi qui falſe interpretati ſunt Verbum, damnati ſint, verſ. 20 ad 23; quod qui falſa perſuaſerunt, in falſis manſuri ſint, nec percepturi verum, verſ. 24 ad 32.

Cap. XXX. De inſtauratione Eccleſiæ apud illos qui in captivitate ſpirituali fuerunt, ſeu in ignorantia veri, verſ. 1, 2, 3; quod tunc ultimum judicium

judicium erit apud illos qui ab Ecclesia, vers. 4 ad 7; quod tunc arcessendi ad Ecclesiam, et colent Dominum, vers. 8, 9; quod tunc captivitas eorum spiritualis cessatura sit, vers. 10, 11; quod a malis et falsis infestati, nec medela, vers. 12 ad 15; sed quod illi qui destruxerunt destruentur, vers. 16; quod a Domino erit medela, qui restituet Ecclesiam, vers. 17, 18; quod perficientur in veris, et perstabit, vers. 19, 20; quod hoc fiet a Domino, cum venturus, qui illis Deus erit, vers. 21, 22; quod judicium faciet super impios, vers. 23, 24.

Cap. XXXI. De nova Ecclesia instauranda a Domino, quæ Israël et Zion. Quod Dominus erit illorum Deus, vers. 1; quod amata recipiet Ecclesiæ bona, vers. 2 ad 5; quod arcessendi sint, vers. 6, 7, 8; quod venturi et intellecturi vera, vers. 9; quod custodientur a falsis redemti, vers. 10, 11; et quod accepturi spiritualia et cœlestia, vers. 12 ad 14; quod sicut mortui sint, vers. 15; sed quod demum redituri, vers. 16, 17; quod ex ignorantia veri venturi in vera cœli, vers. 18 ad 21; quod intellecturi illa, vers. 22; quod sapientia imbuentur, vers. 23 ad 28; quod non illis falsum mali, vers. 29, 30; quod conjunctio cum Domino illis erit, et quod ex conjunctione illa erunt vera vitæ eorum inscripta, vers. 31 ad 34; quod hoc in æternum stabile erit, vers. 35 ad 37; quod doctrina vitæ illis erit ampla et extensa, vers. 38 ad 40.

Cap. XXXII. Indignatio quod Ecclesia Judaica destruetur, vers. 1 ad 5; quod usque Ecclesia Domini conservabitur, vers. 6 ad 15; precatio ut conservetur, vers. 16 ad 22, 25; sed quod prior Ecclesia destruetur, vers. 23, 24, 25; et reprobabitur propter mala ejus, quæ etiam apud illos a principio fuerunt, tametsi Verbum illis, et inde doctrina, vers. 26 ad 33; quod prophanaverint sancta, vers. 34, 35; cum hoc factum est, quod nova Ecclesia instituenda sit, quæ conjuncta erit cum Domino, nec separabitur, vers. 36 ad 40; quod omne bonum illis, vers. 41, 42; tunc omne Ecclesiæ illis, vers. 43, 44.

Cap. XXXIII. De nova Ecclesia, quod instauranda cum prior destructa est, vers. 1 ad 5; quod post destructionem arcessendi sint, qui a falsis educendi, vers. 8 ad 9; qui ex affectione veri et boni colent Dominum, vers. 10, 11; qui post priorem erunt in omnis generis veris, vers. 12, 13; quod hoc fiet cum Dominus veniat, qui instituet, vers. 14 ad 16; quod tunc non deerit verum et bonum, vers. 17, 18; quod spirituale et naturale concordabit, vers. 19 ad 21; quod tunc verum in omni copia, vers. 22; quod si non sit verum et bonum spirituale et naturale concordans, non foret Ecclesia, vers. 23 ad 26.

Cap. XXXIV. Quod Ecclesia Judaica destruetur, sed quod usque verum ejus conservabitur, vers. 1 ad 7; quod liberi erant qui ab Ecclesia, vers. 8 ad 11; sed quod servi facti sint a seipsis, vers. 12 ad 16; quod servi futuri falsis quia recesserunt a conjunctione cum Domino, vers. 17 ad 19; et quia prophanatio veri, vers. 20; quod ideo morte prophanatorum perituri sint, vers. 21, 22.

Cap. XXXV. Illi qui ex cœlesti Ecclesia Domini repræsentati per filios Jonadabi, quod vinum non biberent, domum non ædificarent, semen non sererent et plantarent vineas, quæ significant addiscere vera ac retinere illa memoriæ, quod est spiritualis Ecclesia, sed quod in tentoriis habitarent, quod significat recipere, vita obedire, vers. 1 ad 10; inde Ecclesia cœlestis illis, vers. 11; quod Ecclesia Judaica non recipiat et obediat, tametsi docentur continuo, vers. 12 ad 16; quare perituri sunt, vers. 17; sed illi qui obediunt in Ecclesia cœlesti erunt, vers. 18, 19.

Cap. XXXVI. Quod destructio Ecclesiæ et gentis Judaicæ prædicta sit, et inculcatum ut resipiscerent, vers. 1 ad 10; quod scirent quod verum esset, vers. 11 ad 16; quod a Domino prædictum, vers. 17, 18; quod rejicerent prophanando illud, vers. 19 ad 24; pariter Verbum, vers. 25, 26; quod veritas Divina non peritura sit, vers. 27, 28, 32; quia se obstinaverunt, quod interitus Ecclesiæ et regni immineret, vers. 29 ad 31.

Cap. XXXVII. Quod reliqui ab Ecclesia devastata prophanarunt sancta vera Ecclesiæ per ratiocinia ex scientificis. Quod reliqui nec viverent secundum vera doctrinæ ex Verbo, vers. 1, 2; quod spectarent ad doctrinalia, vers. 3, 4; quod consulerent scientifica, vers. 5; prædictum quod per ratiocinia ex scientificis perituri sint, vers. 6 ad 10; quod sic doctrina repudiata et falsificata sit, vers. 11 ad 16; quod vera perversa sint, et cum veris bona, usque ad defectum eorum, vers. 17 ad 21.

Cap. XXXVIII. Quod qui adhuc non vastati sunt, vastabuntur, vers. 1 ad 3; quod obstinarent se adhuc pervertendo doctrinam ex Verbo et conspurcando illam, vers. 4 ad 6; quod reliqua quæ non prorsus falsificata sunt, usque falsis conspersa essent, vers. 7 ad 13; quod si amplius illa perverterent, perituri sint, vers. 14 ad 18; alioquin non, si non ita perverterentur reliqua illa, vers. 19 ad 21; prævisum quod perverterentur omnia Ecclesiæ, vers. 22, 23; quod hoc lateret illos, vers. 24 ad 28.

Cap. XXXIX. Quod per ratiocinia ex falsis reliqua doctrinæ perirent, vers. 1 ad 3; quod illa prorsus falsificata sint, usque ut in illis non verum, vers. 4 ad 8; quod intellectus Verbi simplex nondum devastatus esset, vers. 9 ad 10; quia non in ratiociniis ex falsis, sed in externis doctrinæ solum, vers. 11 ad 14; quod reliquum doctrinæ falsificetur, sed non adhuc, vers. 15 ad 18.

Cap. XL. Quod simplex intellectus Verbi secundum doctrinam adhuc maneret, vers. 1 ad 6; quod præter simplicem intellectum tolerata sint ratiocinia ex falsis, quæ commixta fuerunt, vers. 7 ad 12; quod inciperent illa falsis fidei imbui, vers. 13 ad 16.

Cap. XLI. De ulteriore falsificatione veri, vers. 1 ad 3; et inde abolitione cultus, vers. 4 ad 7; præter aliquid, vers. 8; per falsa fidei, vers. 9; et per falsificationem veri, vers. 10; sed adhuc reliquiæ, vers. 11 ad 15; quarum quædam per scientifica naturalis hominis pervertebantur, vers. 16 ad 18.

Cap. XLII. Quod reliquiæ seu residua consulerent doctrinam, vers. 1 ad 6; sed dictum illis si manerent in suo cultu externo simpliciter, et non consulerent

consulerent scientifica naturalis hominis, salvarentur; si consulerent illa, periret omne verum et bonum cultus, vers. 7 ad 22.

Cap. XLIII. Sed non factum est, vers. 1 ad 4; consuluerunt scientifica naturalis hominis, vers. 5 ad 7; quod sic perituri per ratiocinia ex illis, et ipsa scientifica perverterentur per applicationem ad falsa, vers. 8 ad 13.

Cap. XLIV. Quod Ecclesiæ multum perierit per recessionem a Domino et per falsa omnis generis, vers. 1 ad 6; quod nunc pene omnia residua pereant per scientifica naturalis hominis, nec desistant ex timore exitii, vers. 7 ad 10; quia illa consulunt, et sic vix residuum amplius, vers. 11 ad 14; quod obstinarent se et amarent falsificata per illos, vers. 15 ad 19; prædictum exitium inde, vers. 20 ad 23; usque ut nihil Ecclesiæ reliquum esset, vers. 24 ad 27; præter pauca, vers. 28; quod scientifica vera pervertentur per ratiocinia ex illis, vers. 29, 30.

Cap. XLV. Prædictio quod tota Ecclesia destruetur, vers. 1 ad 5.

Cap. XLVI. Quod naturale hominis per ratiocinia ex scientificis perituram sit. Quod omnia illa scientifica non amplius valeant, quia deperdita per ratiocinia, vers. 1 ad 6; quod fastus illorum deprimatur, et fient falsa, vers. 7 ad 10; quod non possent sanari, quia Ecclesia per illa deperdita sit, vers. 11, 12; quod naturale totum pereat, nec quicquam ibi nisi falsum et malum, vers. 13 ad 19; quod omnis eruditio ejus confirmans falsa peribit, vers. 20 ad 24; simile fiet aliis qui scientificis fident, vers. 25, 26; aliter illis qui in captivitate spirituali sunt, a quibus erit Ecclesia, vers. 27, 28.

Cap. XLVII. Quod omnes qui in sola fide sic dicta illabantur in mera falsa, usque ut illis non cognitiones veri et boni; et quod die judicii perituri sint, vers. 1 ad 7.

Cap. XLVIII. De illis qui adulterant bona Verbi et Ecclesiæ, qui Moabus. Exitium omnium apud illos, qui adulterant bona Ecclesiæ et Verbi, vers. 1 ad 5; et quod per id omnia vera deperdita sint, vers. 6 ad 9; quod diu non devastatum sit, et ideo malum in pejus, vers. 10, 11; quod tamen perituri sint cum eorum falsis, vers. 12 ad 16; quod apud illos devastatio omnium veri erit, vers. 17 ad 26; quod contra Ecclesiam sint, quia contra vera, vers. 27, 28; fastus ejus, vers. 29; dolor propter illa, vers. 30 ad 34; quia nihil nisi malum, vers. 35 ad 38; quia non aliquod bonum et verum Verbi amplius, vers. 39 ad 42; quod omne reliquum veri et boni, quod intactum, adulteretur simul, vers. 43 ad 46; qui non adulteraverunt, emendabuntur, vers. 47.

Cap. XLIX. De illis qui falsificant vera Verbi et Ecclesiæ, qui sunt filii Ammonis, quod falsificent vera, vers. 1; quod destruentur vera et bona apud illos, vers. 2; luctus super id, vers. 3; quod dispergentur, vers. 4, 5; quod qui non falsificaverunt, acceptandi sint, vers. 6; de illis qui externum Verbi falsificaverunt, qui Edomus, quod perituri a falsificatis, vers. 7, 8; quod nihil veri reliquum sit, vers. 9 ad 13; exitium eorum totale, vers. 14 ad 18; de ultimo judicio super illos, et de dejectione eorum

eorum in infernum, verſ. 19 ad 22; de illis qui cognitiones veri pervertunt, qui Damaſcus; quod per id deſtructa ſit doctrina veri, verſ. 23 ad 26; quod perituri, verſ. 27; de illis qui cognitiones boni pervertunt, qui Arabia: quod per ratiocinia deſtruxerint cognitiones boni et veri, verſ. 28 ad 30; exitium eorum, verſ. 31 ad 33; falſificatio doctrinæ, quæ Elam; quod falſa doctrinæ eorum diſpergentur, verſ. 34 ad 36; quod perituri, verſ. 37, 38; præter illos qui non falſificaverunt, verſ. 39.

Cap. L. De illis qui adulteraverunt et falſificaverunt bona et vera Eccleſiæ, qui Babel et Chaldæa, quod illis non amplius aliquod bonum et verum, verſ. 1 ad 3; quod tunc illi qui in ignorantia boni et veri ex defectu eorum, adducendi ſint ad Dominum, verſ. 4 ad 7; quod diſcedent a Babele, verſ. 8; quod Babel peritura ſit, verſ. 9, 10; quia vaſtaverunt Eccleſiam, verſ. 11; quod ſit abſque omni vero, verſ. 12, 13; exitium eorum tempore judicii, verſ. 14 ad 16; quia deſtruxit Eccleſiam, verſ. 17; quod poſtquam deſtructa eſt Babel, inſtaurabitur nova Eccleſia, quæ accepta Domino erit, verſ. 18 ad 20; quod Babel deſtruetur quia contra Dominum, verſ. 21 ad 24; quod prorſus deſtruendi ſint, verſ. 25 ad 30; propter amorem regnandi, verſ. 31, 32; quia non deſiſtunt perdere Eccleſiam, quam Dominus inſtaurat et redimit, verſ. 33, 34; quod omnia eorum a primis ad ultima deſtructa ſint per falſa, verſ. 35 ad 38; quod illis horrenda falſa et mala, verſ. 39, 40; ultimum judicium ſuper illos, verſ. 41 ad 46.

Cap. LI. De illis qui per traditiones ſeu ratiocinia ex naturali homine perverterunt vera et bona Eccleſiæ, qui hic Babel. Quod deſtruentur omnia vera doctrinæ apud illos, verſ. 1 ad 4; quod Eccleſia Judaica talis ſit, et contra Dominum, verſ. 5; ut caveant ſibi a talibus, verſ. 6; quod vaſtati ſint illi qui ibi per talia, nec deſiſtunt, verſ. 7 ad 10; quod pervertant vera et bona, quæ illis in copia ſunt, verſ. 11 ad 13; quod illis Verbum ſit, ut poſſint ſapere, ſed quod falſificent illud, verſ. 14 ad 18; quod dum a Domino judicium ſuper illos, quod diſſipanda ſint omnia illorum a primis ad ultima, verſ. 19 ad 23; quod exitium illis, quia deſtruxerunt omne Eccleſiæ, verſ. 24 ad 26; quod omnis generis falſa ejus arrepturi, verſ. 27 ad 29; quod inde illis nulla potentia amplius, verſ. 30 ad 32; quod ultimum ejus tempus veniat, verſ. 33; quod perituri, quia deperdiderunt Eccleſiam, verſ. 34 ad 40; quod a meris falſis interitus illis, verſ. 41 ad 44; nec accedant ad illos qui ab Eccleſia, ne una cum illis pereant, verſ. 45 ad 50; quod non poſſint reſiſtere, utcunque ſibi fidunt, verſ. 51 ad 53; quod illi qui fidunt ſuis falſis, nihili erunt, ac deſtruentur, verſ. 54 ad 58; quod hoc dictum ſit illis, qui in Eccleſia a talibus capti ſunt, et facti Babel, verſ. 59 ad 61; quod in infernum conjiciendi ſint, verſ. 62 ad 64.

Cap. LII. Poſtquam Eccleſia Judaica prorſus devaſtata eſt quoad omnia vera et bona per traditiones ſeu per ratiocinia ex falſis, verſ. 1 ad 7; quod Eccleſia deſtructa ſit, uſque ut nihil ejus ſupereſſet, verſ. 8 ad 11;

deſtructio

deſtructio omnium Eccleſiæ in genere et in ſpecie deſcribitur, verſ. 12 ad 23; quod nec amplius doceri poſſint ex Verbo, verſ. 24 ad 27; qualitas illorum, verſ. 28 ad 30; de initio inſtaurationis Eccleſiæ, verſ. 31 ad 34.

THRENI.

Cap. I. DE Eccleſia et ejus doctrina ex Verbo, quæ fuerat dominans, nunc ſerviens et vaſtata, verſ. 1 ad 3; quod omnia vera et bona ejus perverſa, verſ. 4, 5; non potentia contra inferna, verſ. 6; quod omnia Eccleſiæ devaſtata ſint, et inde illa in malis et falſis, verſ. 7 ad 11; dolor ejus propter devaſtationem, verſ. 12 ad 16; quod non auxilium e cœlo, verſ. 17 ad 22.

Cap. II. Quod quia deſtructa ſunt omnia vera et bona, Eccleſia illa a Domino rejecta ſit, et damnatio, verſ. 1 ad 9; luctus Eccleſiæ gravis propter devaſtationem, verſ. 10 ad 12; quod non conjunctio ejus cum Domino, quia prorſus perverſa, et inde rejecta, verſ. 13 ad 15; quod mala prævaleant, verſ. 16, 17; lamentatio Eccleſiæ ſuper devaſtationem ſuam, verſ. 18 ad 22.

Cap. III. Deſcriptio pugnarum Domini cum infernis, quæ imprimis fuerunt ab Eccleſia Iſraëlitica et Judaica, cum deſperatione, quia omnes in malis et inde falſis fuerant, et contra Ipſum: invocatio Patris, ne deſeratur, utque vincat et ſubjuget illa, hæc in ſummæ.

Cap. IV. Quod ſancta vera et bona verſa ſint in falſa, verſ. 1, 2, 3; adeo ut defectus omnium illorum eſſet, verſ. 4; quod ſpiritualia illorum facta ſint infernalia, verſ. 5 ad 8; quod affectiones veri factæ ſint cupiditates falſi, verſ. 9, 10; quod contra Dominum eſſent, verſ. 11; quod falſificaverint vera Verbi, verſ. 12 ad 14; quod impura eſſet, verſ. 15; quod ex propria intelligentia Verbum ſit rejectum, verſ. 16, 17; quod nihil Eccleſiæ ſupereſſet, et ideo illorum interitus, verſ. 18, 19; quod Dominus rejectus ſit, verſ. 20; quod etiam externum Eccleſiæ vaſtatum ſit, verſ. 21, 22.

Cap. V. Lamentatio ad Deum, quod deficiat omne Eccleſiæ, verſ. 1 ad 5; per falſa et mala, verſ. 6 ad 9; quod facti ſint infernales, verſ. 10 ad 18; precatio ad Dominum, ut Eccleſia prior reſtauretur, verſ. 19 ad 22.

EZECHIEL.

Cap. I. PROPHETICUM de Domino quoad Verbum, verſ. 1 ad 3; Sphæra Divina externa Verbi, verſ. 4; repræſentativum ejus ſicut Homo, verſ. 5; conjunctio cœleſtium et ſpiritualium ibi, verſ. 6; naturale ejus quale, verſ. 7; ſpirituale et cœleſte ejus, quæ conjuncta, verſ. 8, 9; amor boni et veri ſpiritualis, ac amor boni et veri naturalis, eorum diſtinctio et unitio, verſ. 10, 11; quod converſio ſeu aſpectus omnium ad unum, verſ. 12; Sphæra Verbi ex Divino Bono et Divino Vero, ex quibus vita Verbi, verſ. 13, 14; Doctrina boni et veri unum agens cum Verbo, verſ. 15 ad 21; Divinum ſupra illud et in illo, verſ. 22, 23; quod Divinum Verum, et influxus ejus, verſ. 24, 25; Dominus ſupra cœlos, verſ. 26; Divinus amor et Divina veritas Ipſi, verſ. 27, 28.

Cap. II. Verbum a Domino ad Prophetam, verſ. 1, 2; de Eccleſia Judaica, quod non receperit Verbum, verſ. 3 ad 5; quod contra illud et Dominum eſſet, verſ. 6, 7; quod in Verbo ſuper illa ubivis ſit lamentatio, verſ. 8 ad 10.

Cap. III. Quod imbueret Verbum, quod in ſe eſt jucundum, verſ. 1 ad 3; quod doceret illos apud quos eſt Verbum, qui ideo ſecundum præcepta Divina vivere poſſent, ſed non vivunt, aliter ac foret apud alios, verſ. 4 ad 7; quod non timeret obſirmationem eorum, verſ. 8, 9; at doceret illos, verſ. 10, 11; perceptum quod ſtatus Eccleſiæ prorſus mutatus ſit quoad Verbum et doctrinam inde, verſ. 12, 13; quod indignatus quod ita, verſ. 14, 15; ſed ut repræſentaret Verbum, verſ. 16, 17; quod reus ſi non revelaret illorum falſa et mala, et non reus ſi revelaret, verſ. 18 ad 21; quod ſecundum ſenſum literæ, quem explicaret, verſ. 22, 23; quod non loqueretur a ſe, ſed a Domino, verſ. 24 ad 27.

Cap. IV. Repræſentatio Eccleſiæ perverſæ in Eccleſia. Quod repræſentaret falſa Eccleſiæ, et ejus obſidionem ab illis, verſ. 1, 2; quod repræſentaret duritiem cordis eorum, e qua non timent, verſ. 3; et quoque obſidionem a falſis mali et malis falſi, verſ. 4 ad 8; quod repræſentaret falſificationem et adulterationem ſenſus literæ Verbi, verſ. 14 ad 16; per quas omne Eccleſiæ periit, verſ. 17.

Cap. V. Repræſentatum quomodo ſenſum literæ deſtruxerint. Quod ſenſum literæ partim adulteraverint, partim falſificaverint, et partim reliquerint, quod tamen falſificaturi, verſ. 1, 2; quod omnia vera Eccleſiæ prophanaturi ſint, verſ. 3, 4; quia præ aliis perverterunt vera Eccleſiæ, verſ. 5 ad 7; quod falſa deſtruerent bona, et mala vera, uſque ut nihil boni et veri ſuperſit, verſ. 8 ad 10; et quia Eccleſiam deſtruxerant prophanando, quod perituri ut ſupra, verſ. 11, 12; quod dein Eccleſia apud alios inſtituetur, verſ. 13; dum prius omnia Verbi, doctrinæ et Eccleſiæ, per prophana, mala et falſa, conſummata ſunt, verſ. 14 ad 17.

Cap.

Cap. VI. Ad omnes qui in amore malo et inde falsis in Ecclesia. Quod perituri ex falsis, vers. 1, 2, 3; quod omne cultus ex vero et bono destructum sit, quia mere malum et falsum, vers. 4 ad 6; quod non perituri qui recedunt a malis et falsis, vers. 7 ad 10; lamentatio super id, vers. 11; quod omnes qui in malis et falsis destruentur, vers. 12 ad 14.

Cap. VII. De ultimo Judicio, quod destruendi die ultimi Judicii, vers. 1 ad 4; quod hoc fiet cum venit Dominus, vers. 5 ad 13; quod tunc perituri per sua mala, falsa et prophana, vers. 14, 15; quod relinquentur aliqui, vers. 16; sed nec illis verum et bonum, vers. 17 ad 19; quod accessuri ad illos qui perverterunt omnia Ecclesiæ, vers. 20 ad 22; de falsificatione Verbi, vers. 23, 24; quod non possint resipiscere quia non a malis et falsis abduci, vers. 25 ad 27.

Cap. VIII. De prophanatione sancti. Repræsentatus est Dominus quoad Divinum amorem, vers. 1, 2; et ostensum quomodo prophanatum est sanctum Verbi, vers. 3, 4; nempe quod separaverint se a sancto cultus Ecclesiæ, vers. 5, 6; quod amores diabolici perverterint ultimum sensum Verbi, vers. 7 ad 10; quod cultum secundum illos instituerint, vers. 11, 12; adulterando omnia boni, vers. 13, 14; ac adorando diabolum loco Domini, vers. 15, 16; quod occluserint sibi viam ad omnem misericordiam, vers. 17, 18.

Cap. IX. De visitatione et de judicio super illos qui ab Ecclesia. De exploratione quales sunt quoad Verbum, vers. 1 ad 3; de separatione malorum et bonorum, vers. 4; de interitu illorum apud quos nihil boni et veri, vers. 5, 6; de judicio super malos, vers. 7; non miseratio quia non nisi quam prophanatum, vers. 8 ad 11.

Cap. X. Describitur Ecclesiæ institutio per Verbum et per doctrinam inde. Divinum spirituale Verbi et ibi formans Ecclesiam describitur, vers. 1, 2; quod inde internum et externum Ecclesiæ esset Divino plenum, vers. 3 ad 5; doctrina inde Divina, vers. 6 ad 8; de doctrina ex Verbo, quæ intus spiritualis, vers. 9, 10; quod illa unum ageret cum Verbo, vers. 11; quod plena Divinis veris, vers. 12, 13; ex Verbo, quod tale sit interius et exterius, vers. 14, 15; quod ex Verbo doctrina, vers. 16, 17; influxus Domini inde in Ecclesiam, vers. 18 ad 20; conjunctio omnium Verbi, et vita inde, vers. 21, 22.

Cap. XI. De doctrina falsificata. Initium perversionis Ecclesiæ per falsa, olla doctrina, ibi et caro populus, vers. 1, 2, 3; per falsificationes veri doctrinæ, vers. 4 ad 7; quod adhuc pejus erit, et quod ex falsificatis perituri sint, vers. 8 ad 11; quia perverterent omnia, vers. 12; quod dispergendi omnes qui in falsis, quod Ecclesia erit ex paucis, vers. 13 ad 16; quod a Domino nova Ecclesia instituenda sit, quæ in veris ab Ipso, vers. 17 ad 20; tunc cum prior Ecclesia destruitur, vers. 21; quod Verbum illustrabit novam, vers. 22, 23; hoc manifestatum illis qui in captivitate spirituali, vers. 24, 25.

Cap.

Cap. XII. De vastatione Ecclesiæ, et de impletione prophetiæ. Quod contra Dominum et Verbum sint, vers. 1, 2; repræsentatum quod recesserint. Ecclesiæ ab illis, per quod Verbum falsificatum sit quoad sensum literæ, usque ut non sit Ecclesia amplius, vers. 3 ad 12; quod vera principalia destruxerint per ratiocinia ex naturali homine, vers. 13; et inde vera reliqua, ut parum residuum sit, vers. 14 ad 16; quod non sciatur quid bonum et verum, vers. 17 ad 20; quod adventus Domini non differetur, vers. 21 ad 25; quod vanum sit quod dicant, quod prophetica Verbi de Domino post multum temporis implebuntur, vers. 26 ad 28.

Cap. XIII. De doctrina Ecclesiæ falsificata, de illis qui ex propria intelligentia doctrinam excludunt aut doctrinam falsificant, vers. 1 ad 3; non consistunt in die judicii, vers. 4, 5; quod dicant Verbum Domini esse, cum tamen non sit, vers. 6, 7; erunt exclusi ab Ecclesia, vers. 8, 9; quod false interpretentur vera Verbi, vers. 10 ad 12; quod destruentur, vers. 13 ad 15; quod nulla tutela illis contra infernia, vers. 16; de affectione falsificandi, vers. 17; quod ex illis persuasiones falsi, per quas seductio, vers. 18, 19; quod perituri, et quod servandi qui se non seduci patiuntur, vers. 20 ad 23.

Cap. XIV. Quod non illustratio ex Verbo illis qui abeunt a cultu Domini, vers. 1 ad 4; quod talis sit Ecclesia, vers. 5; si non converterent se, quod non illustrari possint in veris ex Verbo, vers. 6, 7; et quod devastabitur, vers. 8; usque ut nihil doctrinæ veri ei sit, vers. 9, 10; quod non recedendum sit, sed agnoscendus Dominus, vers. 11; quod quando in Ecclesia non amplius verum et bonum, intercessio prorsus non valebit, vers. 12 ad 14; quando cupiditates malæ occupaverint Ecclesiam, nec valebit intercessio, vers. 15, 16; similiter cum falsa, vers. 17, 18; similiter cum adulteratio boni, vers. 19, 20; quando illa occupaverunt Ecclesiam, quod alia instauranda sit, cujus miserabitur Dominus, vers. 21 ad 23.

Cap. XV. Quod non amplius aliquod bonum spirituale sit, vers. 1 ad 3; prorsus non, quia illud ab amore malo prorsus deperditum est, vers. 4, 5; quod tales sint in Ecclesia, vers. 6; quod ab amore malo perituri sint, et sic nulla illis Ecclesia, vers. 7, 8.

Cap. XVI. De successivo statu Ecclesiæ Judaicæ, quod ei non nisi quam falsum et malum, vers. 1, 2; quod a principio a Domino relicta sit, quia fuit absque illo Ecclesiæ, vers. 3 ad 6; quod post tempus data sint ei omnis generis et speciei vera et bona per Verbum, et quod sic mala et falsa remota sint, vers. 7 ad 12; quod sic in intelligentia potuisset esse, vers. 13, 14; quod omnia Verbi falsificaverint, vers. 15 ad 20; quod extinxerint vera et bona, et facta sit sicut in silio, vers. 21, 22; quod verterint vera in falsa, vers. 23 ad 25; per scientifica naturalis hominis, per traditiones, et per ratiocinia ex illis, vers. 26 ad 28; tandem prophanando, vers. 29, 30; quod exaltaverit se super omnes, vers. 31; quod obtruderit falsa sua aliis, vers. 32 ad 34; quod prorsus perituri sint per falsa, per quæ destructa

deſtructa ſunt vera Verbi, verſ. 35 ad 42; ita futuri ſicut in initio, verſ. 43 ad 45; quod ſimile factum ſit cum Eccleſia Iſraëlitica, ſed minus, verſ. 46 ad 52; quod tamen reſtituenda ſit Eccleſia in communi, verſ. 53 ad 55; quod ubivis melius quam in Judaica, verſ. 56 ad 58; quod Eccleſia nova inſtituenda ſit apud alios, verſ. 59 ad 63.

Cap. XVII. Quomodo Eccleſia antiqua a Domino inſtituta eſt, et qualis illa facta apud gentem Judaicam: aquila eſt intellectus, et Libanus eſt Eccleſiæ rationale. Quod illi qui in facultate intelligendi erant, ad Eccleſiam adducti ſint, verſ. 1 ad 3; quod adducti in Eccleſiam Domini ſpiritualem, ac inſtructi, verſ. 4, 5; quod facti Eccleſia, verſ. 6; quod ſuccellerint alii, quibus non intellectus rationale, ex quibus fieret Eccleſia, quibus data ſunt omnia Divina vera, quia Verbum, verſ. 7, 8; ſed quod hi prorſus rejecerint omnia Eccleſiæ, ut non poſſint non ab illis devaſtari, verſ. 9, 10; quod per ratiocinia ex naturali homine deſtruxerint illa, verſ. 11 ad 13; præter paucos adhuc, verſ. 14, qui tamen naturales externi abſque interno fuerunt, verſ. 15, 16; quare deſtruxerunt illa quæ Eccleſiæ, verſ. 17, 18; quod perituri per ratiocinia ex naturali homine, et ideo diſpergentur, verſ. 20, 21; quod Dominus loco illorum novam Eccleſiam ab aliis inſtaurabit, verſ. 22 ad 24.

Cap. XVIII. Quod dicatur ſi patres mali etiam progenies mala ſit, verſ. 1, 2; ſed quod progenies non damnetur propter patrem, ſed quiſque propter ſe, verſ. 3, 4; quod ex progenie iſta ſint qui non faciunt mala, ſeu contra bona et vera Eccleſiæ, et quod illi ſalventur, verſ. 5 ad 9; aliter progenies quæ mala facit, ſeu contra bona et vera Eccleſiæ, quod damnetur, verſ. 10 ad 13; qui autem non facit ita, quod ſalvetur, verſ. 14 ad 17; ſed quod patres damnentur, verſ. 18; quod cuivis fiet ſecundum ejus facta, verſ. 19, 20; quod impius, qui ſe convertit, ſalvetur, verſ. 21 ad 23; et quod pius, ſi fit impius, damnetur, verſ. 24; quod hoc et illud juſtitiæ Divinæ ſit, verſ. 25 ad 29. Exhortatio ut ſe convertant, quia Dominus vult omnium ſalutem, verſ. 30 ad 32.

Cap. XIX. Quod primum Eccleſiæ apud patres gentis Iſraëliticæ fuerit deſtruens omnia Eccleſiæ, verſ. 1, 2; quod gens illa ſimiliter foret deſtruens omnia Eccleſiæ, verſ. 3; quod naturales externi eſſent, et contra omnia Eccleſiæ, ac ideo perverſi facti et deſtructi, verſ. 4 ad 7; et quod poſtea plane per ratiocinia ex naturali homine, verſ. 9; quod antiqua Eccleſia in Divinis veris eſſet, verſ. 10, 11; ſed quod in Eccleſia Iſraëlitica et Judaica omne Divinum verum perverſum et rejectum ſit, verſ. 12 ad 14.

Cap. XX. De ſucceſſivis ſtatibus Eccleſiæ Judaicæ. Quod illi qui ab Eccleſia Judaica colant Dominum ore et non corde, verſ. 1 ad 3; de primis ſeu patribus eorum, verſ. 4; quod coluerint alios deos, nec receſſerint ab illis, utcunque admoniti, quia naturales externi erant: hæc de illis in Ægypto, verſ. 4 ad 9; quod in tentationes miſſi, et tunc inſtructi, etiam de conjunctione Domini cum Eccleſia, verſ. 10 ad 12; quod nec ſic ad cultum Domini adduci poſſent, verſ. 13; quod licet tales non ab-

jecti sint, vers. 14 ad 17; quod progenies eorum similiter instructa sit vers. 18 ad 20; quod illa similiter reprobaverit omnia Ecclesiæ, vers. 21 ad 24; inde illis repræsentativa alia quam priora bona, quia prophanarunt, hæc de illis in deserto, vers. 25, 26; quod postquam introducti sint in terram Canaanem coluerint alios deos omnes, vers. 27 ad 29; quod prophanaverint sancta, vers. 30, 31; quod ejiciendi ab Ecclesia, quia tales fuerunt ab initio, vers. 32 ad 36; quod non redibunt ad Ecclesiam, sed erunt inter prophanatores sanctorum Ecclesiæ, vers. 37 ad 39; quod nova Ecclesia instituenda sit, quæ colet Dominum, vers. 40 ad 42; qui agnituri mala sua et simul misericordiam Domini, vers. 43, 44.

Cap. XXI. Quod Ecclesia in falsis perierit. De Ecclesia externa seu naturali quæ in luce veri potest esse, vers. 1, 2; quod illa destruatur per amorem malum, vers. 3, 4; quod sit gens Judaica de qua, vers. 5 ad 8; quod omnes per falsa mali perituri sint, vers. 9, 10; dolor doctrinæ, vers. 11, 12; destructio per falsa interiora mali, vers. 13 ad 16; dolor Ecclesiæ quod non possint converti, vers. 17, 18; quod per falsa adhuc interiora omnia et reliqua peritura sint, vers. 19 ad 22; quod interitus per ratiocinia ex falsis, et tamen cultus illis, sed ex illis, vers. 23 ad 27; quod cultus eorum vanus, vers. 28, 29; quod finis istius Ecclesiæ erit cum Dominus venturus est, vers. 30 ad 32; quod simile erit illis qui falsificaverunt sensum literæ Verbi, vers. 33, 34; quod in infernum conjicientur, vers. 35 ad 37.

Cap. XXII. De Ecclesia adulterante vera et bona doctrinæ, vers. 1, 2; quod veniat propius ad finem, vers. 3 ad 6; quod vera et bona per id destruant, vers. 7 ad 9; quod varias adulterationes veri et boni patraverint, vers. 10 ad 12; quod destruantur, vers. 13 ad 16; quod commixta sint omnis generis falsa et mala cum veris et bonis, vers. 17 ad 22; quod verum Verbi adulteratum sit, vers. 23 ad 25; quod etiam bonum ejus, vers. 26; similiter reliqua, quæ tametsi falsa et mala facta sunt ut appareant sicut vera et bona, vers. 27 ad 29; quod non aliquid supersit, vers. 30; quod perituri in inferno, vers. 31.

Cap. XXIII. De Ecclesia quæ in vero et de Ecclesia quæ in bono; quod binæ Ecclesiæ sint una quæ in vero, quæ Samaria, et altera quæ in bono, quæ Hierosolyma, vers. 1, 2; utraque externa naturalis, initio perversa, vers. 3, 4; quod Samaria falsificaverit vera Verbi per ratiocinia ex scientificis, vers. 5 ad 8; quod sic corrupta sit, vers. 9, 10; quod Hierosolyma similiter falsificaverit vera, vers. 11 ad 13; et quod insuper adulteraverit bona per varia, vers. 14 ad 17; quod separaverit se per id a Domino, vers. 18; et per scientifica naturalis hominis amplius conspurcaverit illa, vers. 19 ad 21; quod die judicii prorsus perituri sint, vers. 22 ad 25; quod sic vera et bona Ecclesiæ non amplius pervertentur, vers. 26, 27; erunt in inferno, ubi non nisi quam mala et falsa, vers. 28 ad 31; quod etiam in omnis veri falsificatione, vers. 32 ad 34; et hoc quia negaverunt Dominum, vers. 35; quod destruxerint omnia sancta Ecclesiæ,

vers.

verſ. 36 ad 39; quod coram aliis jactaverint ſe ex Verbo et ex ſanctis Eccleſiæ, verſ. 40 ad 42; tametſi mere falſificata et adulterata, verſ. 43 ad 45; quod falſa et mala deſtruent omnia Eccleſiæ apud illos, et ſeparandi, ut non ſeducant amplius, verſ. 46 ad 49.

Cap. XXIV. De fine Eccleſiæ apud gentem Judaicam, verſ. 1, 2; quod vera cum bonis per Verbum illis data ſint et quoque præſentia Divina, verſ. 3, 4, 5; quod ſpurcum illis ex adulteratione et prophanatione veri et boni, verſ. 6 ad 8; quod a Domino omni opera laboratum ſit, ut melioreſcerent, verſ. 9 ad 12; ſed non potuit fieri, verſ. 13; quare morituri ſunt in prophanis ſuis, verſ. 14; quod illis auferretur omne Eccleſiæ, et tamen non dolor erit ſuper id, verſ. 15 ad 17; quod hoc fiet cum Dominus in mundum venit, verſ. 18, 19; quod tunc deſtruet omne cultus illius Eccleſiæ, et non dolor ſuper id, verſ. 21 ad 23; quod cum Dominus venit, informandi ſint, qui ad novam Eccleſiam adducentur, verſ. 24 ad 27.

Cap. XXV. Contra illos qui in ſenſu literæ Verbi ſunt, ac pervertunt vera religionis per illa quæ non religionis, quæ ſunt filii Ammonis, verſ. 1, 2; propter quod mirentur quod Eccleſia deſtructa ſit, quod non ſcituri ſint vera, verſ. 3, 4, 5; propter quod lætati ſint ſuper id, quod pervertent vera, verſ. 6, 7; adhuc magis cum pervertunt bona Eccleſiæ, verſ. 8 ad 11; de illis qui externum Verbi et doctrinæ deſtruunt, quod illi quoque ob ſimilem cauſam rejiciendi ſint, verſ. 12 ad 14; de devaſtatione illorum, ac de interitu illorum die judicii, qui per falſa fidei devaſtant Eccleſiam, verſ. 15 ad 17.

Cap. XXVI. De Eccleſia quoad cognitiones veri, quæ Tyrus: quod putentur omnia Eccleſiæ conſiſtere in cognitionibus, verſ. 1, 2; quod per id falſitates, quæ doctrinæ ultima deſtruent, verſ. 3, 4; quod ſcientifica perdant illa, et quoque perdant affectiones veri, verſ. 5, 6; quod copia ratiociniorum ex naturali homine deſtruet omnia vera, et inde propria intelligentia, verſ. 7 ad 12; ita peribit omnis affectio ſpiritualis veri, ut non amplius aliquid Eccleſiæ, verſ. 13, 14; quod exitium illis in inferno, unde terror reliquis, verſ. 15 ad 18; quando conjecti ſunt in inferna, patebunt cognitiones veri illis qui in cœlo et in Eccleſia, verſ. 19 ad 21.

Cap. XXVII. Ulterius de Eccleſia quoad cognitiones veri, quæ Tyrus, verſ. 1, 2; quod Eccleſiæ antiquæ fuerint cognitiones veri et boni omnis generis et ſpeciei, per quas intelligentia, verſ. 3 ad 9; vera tutantia illam, verſ. 10, 11; comparationes et communicationes illorum omnes, verſ. 12, 13; ſcientia, intelligentia et ſapientia per illas, verſ. 14 ad 20; cultus Divinus ex illis, verſ. 21 ad 23; omnis generis vera et bona per illas, ita omne Eccleſiæ per illas, verſ. 24, 25; quod per naturales ſcientias perierint, verſ. 26 ad 29; lamentatio ſuper interitu illorum, verſ. 30 ad 34; et quod facies inferni ſit, verſ. 35, 36.

Cap. XXVIII. Quoniam illi qui ex ſolis cognitionibus eruditos ſe credunt, dicentes corde quod intelligentiſſimi ſint ex ſe, verſ. 1 ad 5; quod

ideo

ideo omnes cognitiones veri falsificaturi sint; per quod illi perituri, vers. 6 ad 10; de eruditione ex Verbo, vers. 11; quod ex Verbo illis omnia vera et bona cœli et Ecclesiæ, vers. 12; unde primum fuerunt in intelligentia, sed postea illa per fastum dissipata est, vers. 12 ad 18; quod amor naturalis consumserit omnia Ecclesiæ, unde illis exitium, vers. 19, 20; de intellectu veri, qui Zidon, qui perituri per falsa, vers. 21 ad 23; interitus eorum ne amplius perdatur Ecclesia, vers. 24; quod nova Ecclesia exstitura sit, quando prior damnata est, vers. 25, 26.

Cap. XXIX. De naturali homine, qui unice fidet scientificis suis in rebus Divinis, vers. 1 ad 3; quod illi per applicationem scientificorum suorum ad falsa, perversuri sint vera Ecclesiæ, vers. 4, 5; quia sic vera perversa sunt, quod omnis potentia, quæ est veri, apud illos destructa sit, vers. 6, 7; et quod omne verum prorsus devastaretur, usque ut illis non amplius sit verum, vers. 8 ad 12; quod tamen ex illis qui naturales et in scientificis sunt, aliquid Ecclesiæ instaurabitur, vers. 13 ad 16; quod ratiocinia ex scientificis naturalis hominis non destruent cognitiones veri apud illos, vers. 17, 18; sed ratiocinia ex naturali homine destruunt illis qui scientificis unice fidunt, et perverterunt vera Ecclesiæ, vers. 19, 20; quod vera doctrinæ erunt apud illos qui ab Ecclesia, dum Dominus instauraturus est, vers. 21.

Cap. XXX. De adventu Domini, quando destructa sunt omnia Ecclesiæ per scientifica naturalis hominis, vers. 1 ad 5; quod tunc omnes qui illis fidunt, per amores malos perituri sint, vers. 6 ad 9; quod destruentur vera Ecclesiæ ab illis per ratiocinia ex naturali homine, ex falsis usque ut non sint nisi falsa, vers. 10 ad 12; quod omnia quæ sunt scientiæ naturalis hominis ex omni sorte, infernum fient, vers. 13 ad 19; quod non aliquid veri illis erit, ita non aliquid potentiæ, vers. 20 ad 23; quod hoc fiet per ratiocinia ex naturali homine, vers. 24 ad 26.

Cap. XXXI. De naturali homine qui in scientificis, vers. 1, 2; quod in antiqua Ecclesia floruerit rationale ex omnis generis scientificis per confirmationem Divinorum Ecclesiæ per illa, unde illis intelligentia spiritualis, vers. 3 ad 9; quod fastus propriæ intelligentiæ, ex qua confidentia eruditionis est, prorsus dejecerit illos ab intelligentia, et orbaverit illos omnibus veris Ecclesiæ, vers. 10 ad 13; quod ne amplius perdant, conjecti sint in infernum, vers. 14; quod ibi inclusi sint, ne circumspargant falsa sua, manendo in falsificatis suis, vers. 15 ad 18.

Cap. XXXII. Lamentatio super illos qui per scientias perverterunt sancta Ecclesiæ. Quod pervertant omnia vera Ecclesiæ, ver. 1, 2; quod cadant in omnia falsa mali, usque ut non videant amplius quid bonum et verum, vers. 3 ad 8; quod illi qui extra Ecclesiam sunt, ad falsa illorum horrescant, vers. 9, 10; quod perdant omnia Ecclesiæ per ratiocinia ex naturali homine, vers. 11, 12; quod conjiciendi in infernum, ne amplius pervertant vera apud illos qui in affectione veri sunt, vers. 13 ad 16; quod in inferno una erunt cum illis qui prophanaverunt sancta Verbi, vers. 17

ad

ad 23; etiam cum illis qui falsificaverunt veram doctrinæ, vers. 24, 25; cum illis qui falsificaverunt sensum literæ Verbi, vers. 26 ad 30; quod omnes illi oriuntur cum iis, qui per scientias perverterunt sancta Ecclesiæ, ita separati ab illis qui ab Ecclesia, ne infestentur, vers. 31, 32.

Cap. XXXIII. De illis qui informant et informantur. Qui ab antistite informantur de falsis et non sibi cavent, ii pereunt, vers. 1 ad 5; si antistes non informet de falsis cum illa videt, is perit, vers. 6, 7; similiter omnis qui docet doctrinam, si docet et non auditur, aut si non docet, vers. 8, 9; ita nunc in Ecclesia docebuntur, ita ut convertant se, quia Dominus vult omnium salutem, vers. 10, 11; malus si fit bonus, tunc malum ejus condonatur, si bonus sit malus, tunc bonum ejus non videtur, vers. 12 ad 16; quod bona sint justitia Divina, vers. 17 ad 20; quod Ecclesia perversa dicat quod sint Ecclesiæ, quia Verbum est apud illos, cum tamen falsificant illud, colant alium Deum, et malum faciant, vers. 21 ad 26; cum tamen ex falsis mali perituri sint, vers. 27 ad 29; tametsi audiant Verbum, et in cultu externo sint, vers. 30 ad 33.

Cap. XXXIV. De docentibus, qui suum bonum modo spectant et non Ecclesiæ, vers. 1 ad 4; quæ illi qui ab Ecclesia in vitam malam veniunt, vers. 5, 6; quod quia tales, omne Ecclesiæ illis auferretur, vers. 7 ad 10; quod Dominus cum venit in mundum congregabit Ecclesiam, et docebit illos Divina vera, vers. 11 ad 16; quod malos inter illos separabit, vers. 16, 17; quod mali pastores omne Ecclesiæ destruant, vers. 18 ad 20; et perdant simplices, vers. 21; quod Dominus cum venit, docebit et salvabit illos, vers. 22 ad 25; quod et docebit illos, et tutabitur a falsis, et quod Ipsum agnoscent, vers. 26 ad 31.

Cap. XXXV. De falsis fidei. Quod apud illos omne verum fidei pereat per falsa, vers. 1 ad 5; quod falsificatio Verbi inde, usque ut non sit nisi quam falsum, vers. 6 ad 9; quod dicant Ecclesiam esse apud illos, vers. 10; quod contra Ecclesiam et contra Dominum loquantur, vers. 11 ad 13; quod cum Ecclesia existet, devastati erunt quoad omne Verbi, vers. 14, 15.

Cap. XXXVI. De Ecclesia perversa in genere. Quod illa a malis et falsis perdita sit, vers. 1, 2; quia perdita est usque ad ultima ejus, quod illi qui perditi sunt, perituri sint, vers. 3 ad 7; quod nova Ecclesia a Domino instauranda sit, quæ in veris et bonis erit, vers. 8 ad 12; quod Ecclesiæ perversæ mala et falsa non nocitura sint amplius, vers. 13 ad 15; quod perversa illa Ecclesia prorsus peritura sit, vers. 16 ad 19; quod usque adhuc tolerabitur propter Verbum, et propter quod Dominus per id notus est, vers. 20 ad 23; quod nova tunc Ecclesia instauranda sit, quæ liberata a falsis et malis in veris et bonis erit, et agnoscet Dominum, vers. 24 ad 30; quod rejiciet mala, vers. 31, 32; quod successive crescet ejus intelligentia per Divina vera, vers. 33 ad 36; quod in illa agnoscetur Dominus, et Ipse cultus erit, vers. 37, 38.

Cap. XXXVII. Repræsentatum quod Ecclesia absque omni vita ex bono et vero esset, vers. 1, 2; prædictum quod nova Ecclesia instituenda sit, in qua vita erit, vers. 3 ad 6; quod etiam factum est, quando illa Ecclesia primum informata est in veris, et sic ad recipiendum apta reddita, vers. 7, 8; et quod postea reciperet vitam, vers. 9, 10; quod ita factum sit a Domino cum in mundum venit, a quo nova Ecclesia instaurata est, vers. 11 ad 14; quod binæ Ecclesiæ essent, cœlestis et spiritualis, ex ambabus simul unum, vers. 15 ad 20; quod erit sub Domino, et quod a Domino ambæ fient una, et quod illis tutela ab infernalibus malis et falsis, vers. 21 ad 25; quod alia Ecclesia erit, quia alia conjunctio, vers. 26 ad 28.

Cap. XXXVIII. De illis qui in solo sensu literæ Verbi, et inde in cultu qui externus absque interno, qui Gogus, vers. 1, 2; quod omnia et singula illius cultus peritura sint, vers. 3 ad 7; quod ille cultus occupabit Ecclesiam, et vastabit illam, quæ sic in externis absque internis erit, vers. 8 ad 16; quod Ecclesiæ status inde mutetur, vers. 17 ad 19; quod inde vera et bona religionis peritura sint, et falsa successura, vers. 20 ad 23.

Cap. XXXIX. Quod illi qui in solo sensu literæ et in cultu externo venturi sint in Ecclesiam, qui Gogus, sed quod peritari, vers. 1 ad 6; quod hoc fiet cum Dominus venit, et instaurat Ecclesiam, vers. 7, 8; quod Ecclesia hæc tunc omnia mala et falsa eorum dispergat, vers. 9, 10; et prorsus destruat, vers. 11 ad 16; quod nova Ecclesia a Domino instauranda in omnis generis veris et bonis informabitur, et omnis generis bonis imbuetur, vers. 17 ad 21; et quod prior Ecclesia propter mala et falsa destruetur, vers. 23, 24; quod tunc a Domino colligetur Ecclesia ab omnibus gentibus, vers. 25 ad 29.

Cap. XL. De nova Ecclesia a Domino postquam Judaica destructa est, vers. 1; qualis illa futura, vers. 2 ad 5; omnia doctrinæ quoad bonum et verum cœleste, vers. 6 ad 23; omnia ejus quoad bonum et verum spirituale, vers. 24 ad 34; omnia ejus quoad bonum et verum externum, vers. 35 ad 46.

Cap. XLI. Omnia cultus Ecclesiæ internæ quoad bonum et verum, vers. 1 ad 26.

Cap. XLII. Omnia cultus illius Ecclesiæ externæ quoad bonum et verum, vers. 1 ad 20.

Cap. XLIII. Verbum in illa Ecclesia quoad sensum literæ ejus, vers. 1 ad 11; cultus Domini ex bono amoris in illa, vers. 12 ad 27.

Cap. XLIV. Quod omne bonum Ecclesiæ et cultus sit a Domino, vers. 1 ad 3; quod gens Judaica destruxerit Ecclesiam, vers. 4 ad 8; quod illa gens in illa Ecclesia non erit, vers. 9 ad 14; sed alii, ex quibus nova Ecclesia, quæ agnoscet Dominum, deque vita, doctrina, cultu et ministerio ejus, vers. 15 ad 31.

Cap. XLV. De illa Ecclesia, quod ultima omnis sancta, vers. 1 ad 5; sanctum doctrinæ, vers. 6, 7, 8; distributio ejus, vers. 9 ad 25.

Cap.

Cap. XLVI. Influxus Domini ex Divino amore, verſ. 1, 2, 3; cultus Domini ibi, verſ. 4 ad 24.

Cap. XLVII. Influxus Divini boni et Divini veri a Domino, ex quo vita ſpiritualis eſt angelis trium cœlorum et hominibus, ex quibus intelligentia et charitas, verſ. 1 ad 12; hæreditates ſeu partitiones Eccleſiæ et cœli ſecundum bona et vera in omni complexu, quod eſt ſecundum tribus Iſraëlis, verſ. 13 ad 23.

Cap. XLVIII. Partitio illa continuata, verſ. 1 ad 8; pro illis qui in tertio cœlo, qui ſunt Sacerdotes et Levitæ, verſ. 9 ad 20; quod Dominus in medio eorum, verſ. 21, 22; porro partitio ſeu hæreditas continuata, verſ. 23 ad 29; de cognitionibus illius Eccleſiæ, quæ ſunt vera introducentia, verſ. 30 ad 34; quod hæc Eccleſia ſit Eccleſia Domini, verſ. 35.

DANIEL.

Cap. I. DESTRUCTA Eccleſia apud gentem Judaicam. Babel addixit ſibi omnia ejus, verſ. 1, 2; quod vellet ſcire omnia Eccleſiæ, et comparare ſibi intellectum eorum, quod fuit initium Babelis, verſ. 3 ad 21.

Cap. II. Prædictum qualis Babel futura, verſ. 1, 2; quod hoc non ſcirent illi qui unum faciebant cum Babele, verſ. 3 ad 11; quod occæcati fuerint, verſ. 12, 13; ſed quod detectum ſit illis, qui ab Eccleſia per revelationem a Domino, verſ. 14 ad 30; progreſſio religioſi Babylonici ſequitur; quod primum moderatores diſcerent et docerent bona et vera cœli et Eccleſiæ, ac poſtea illi recederent, uſque dum non aliud ſupereſſet quam adulteratum, ita mere falſum et malum, et quod tunc Dominus venturus, verſ. 31 ad 35; quod primum ibi docebitur Verbum ſecundum vera doctrinæ inde, verſ. 36 ad 38; quod poſtea Eccleſia futura valens, non ex bono ſpirituali, ſed ex bono naturali, verſ. 39; quod demum omne bonum et verum per adulterationes mutabitur in malum et falſum, valens modo per potentiam civilem diabolicam, verſ. 40 ad 43; quod tunc venturus ſit Dominus, ac deſtruet illud religioſum, ac inſtituet Eccleſiam, quæ in Divino vero ab Ipſo erit, verſ. 44, 45; quod hoc initium Babelis eſſet, quando coluit Deum cœli et doctrinam ex Verbo magni fecit, verſ. 46 ad 49.

Cap. III. Quod Babel in animo gereret ut recederet a cultu Domini, ad cultum alterius dei, quod eſt ſtatua aurea a Nebucadnezare erecta, verſ. 1, 2; quod omnes qui tales conſentirent, cum minis ad omnes quod alioquin in infernum conjicerentur, verſ. 3 ad 7; quod illi moderatores qui colebant Dominum, non obedirent, verſ. 8 ad 12; quare excommunicati

et

et damnati inferno a Babele, cum omnibus Ecclesiæ Domini, verſ. 13 ad 21; ſed quod uſque illis non aliquod damnum illatum ſit, ac viſum manifeſte quod a Domino tutati ſint, verſ. 22 ad 25; quod Babel per id adactus ſit ad agnitionem et cultum Domini, verſ. 26 ad 33.

Cap. IV. Prædictum qualis futura Babel, et quo animus eorum ferebatur. Quod hoc ignotum fuit illis qui Babel erant, verſ. 1 ad 4; quod notum illis qui ab Eccleſia Domini, verſ. 5, 6; quod cum religio illa occupatura eſt multum terræ, intenderent dominari ſuper cœlum et Eccleſiam, verſ. 7 ad 9; quod tunc illis non aliqua bona et vera cœli et Eccleſiæ amplius eſſent, verſ. 10 ad 11; quod tamen apud illos Verbum maneret, tametſi perverſum, verſ. 12 ad 14; quod tunc illi qui ab Eccleſia Domini perceperint, quales illi interius erant, et quo volebant dominatum extendere, verſ. 15, 16; quod quoad vera et bona Eccleſiæ, eſſent ſtupidi, ut non homines amplius; et quod id confirmatum ſit ex cœlo, ubi tales viſi ſunt, verſ. 17 ad 30; quod adhuc timerent extendere dominatum ſuper cœlum et Eccleſiam, ſed quod coram illis, qui ſub obedientia illorum erant, agnoverint Dominum, verſ. 31 ad 34.

Cap. V. Quod Babel prophanaret omnia cœli et Eccleſiæ, verſ. 1 ad 4; quod perceptum ex Verbo quod prophanum eſſet, verſ. 5, 6; ſed quod primatibus, qui in illo religioſo, non perceptum, verſ. 7 ad 9; quod confirmatum ab illis qui in veris Eccleſiæ, quod eſſet contra Verbum, ſe ſupra Dominum exaltaverint, et quod ſic prophanaverint ſancta, verſ. 10 ad 24; quod finis religioſi iſtius eſſet, quia non bonum et verum Eccleſiæ amplius, verſ. 25 ad 28; quod ſic finitum ſit ibi omne Eccleſiæ, verſ. 29, 30.

Cap. VI. Quod cogitatum ſit de cultu Domini, ut in Eccleſia, verſ. 1 ad 4; quod deliberatum ſit ſupra id, et concluſum quod illi loco Domini colerentur, verſ. 5 ad 10; cui decreto illi qui ab Eccleſia Domini contradicerent, ſancitum eſt ut pœnam inquiſitionis ſubirent, quod eſt fovea leonum in quam Daniel conjectus eſt, verſ. 11 ad 18; ſed uſque cuſtoditi a Domino, ne illam pœnam ſubirent, verſ. 19 ad 24; contra vero illi qui id facinus invenerunt, conjecti ſunt in infernum, verſ. 25; ac illi qui in cultu Domini ſalvati ſunt, verſ. 26 ad 29.

Cap. VII. Revelatum de ſucceſſivis mutationibus ſtatus Eccleſiæ, verſ. 1, 2, 3; primus dum in intellectu veri erant, verſ. 4; ſecundus cum ſenſum literæ Verbi modo ſtuderent, verſ. 5; tertius cum falſificatus eſt ſenſus literæ Verbi, et factum ut falſum appareret ut verum, verſ. 6; quartus quando ſola fides, quæ omnia Eccleſiæ deſtruxit, verſ. 7; confirmata per ſenſum literæ Verbi, verſ. 8; quod judicati ſint ex Verbo, verſ. 9, 10; et fides illa prorſus deſtructa eſt, verſ. 11; ac priores ſecundum vitam ſuam judicati, verſ. 12; et Eccleſia facta eſt Domini, verſ. 13, 14; ulterior explicatio illorum, verſ. 15, 16; quod quatuor ſucceſſivi ſtatus Eccleſiæ intelligantur, verſ. 17, 18; quod ultimus ſtatus ſit ſola fides confirmata per ratiocinia et per Verbum falſificatum, ex quibus prævalerent,

verſ.

vers. 19 ad 21; et hoc usque dum Dominus instituet Ecclesiam, vers. 22; quam sola fides destruxit, vers. 23, 24; quæque Ipsum Dominum vilipendit, vers. 25; demum quod illi qui in sola fide judicandi sint, et nova Ecclesia a Domino instauranda, vers. 26, 27; sic finis, vers. 28.

Cap. VII. Prædictum de Ecclesia quoad charitatem et quoad fidem. De Ecclesia quæ in fide ex charitate et ejus potentia, vers. 1 ad 3; quod creverit in vera et bona, vers. 4; quod sola fides charitatem prorsus destrueret, vers. 5; quod prævaleret per ratiocinia, per quæ doctrinæ vera ex Verbo dissiparet, vers. 6 ad 10; quod cultum Domini destrueret una cum Divinis veris, vers. 11, 12; quod hoc fieret usque ad adventum Domini, vers. 13, 14; explicatum porro, quod hoc cum Dominus venturus, vers. 15 ad 19; quod sola fides perdet Ecclesiam, et Dominum vilipendet, vers. 20 ad 25; quod hoc finis Ecclesiæ, vers. 26; quod triste tempus, vers. 27.

Cap. IX. De adventu Domini, et de fine utriusque Ecclesiæ veteris et novæ. Revelatio de fine Ecclesiæ, vers. 1 ad 3; confessio de Ecclesia Judaica deperdita, vers. 4 ad 19; revelatio, vers. 20 ad 23, quod postquam Ecclesia consummata est, tunc judicium veniet, ac desinet Verbum, et Dominus glorificaturus sit Humanum suum, vers. 24; quod nova Ecclesia postea instaurabitur, sed non facile, vers. 25; quod illam Ecclesiam invadet postea falsum quod perdet illam, vers. 26; quod usque reformatio futura sit, sed etiam hæc Ecclesia a meris falsis et malis peritura est, vers. 27. Matth. xxiv. 15.

Cap. X. Visus Dominus, vers. 1 ad 6; ut revelaret illa quæ futura sunt in nova Ecclesia de illis qui in sola fide, et de illis qui in veris ex bono, qui sunt Michaël ibi, vers. 7 ad 21.

Cap. XI. Per regem meridiei ibi intelligitur Ecclesia quæ in veris fide ex bono charitatis, et per regem septentrionis intelligitur religiosum quod in fide separata a charitate: quomodo mutationes successerant, non appetuit in mundo sed in cœlo; quod destruetur Ecclesia apud gentem Judaicam, vers. 1 ad 4; quod tunc nova Ecclesia instaurabitur, quæ in fide ex charitate, vers. 5; quod charitas conjungetur fidei, sed fides prævalebit, vers. 6; at usque apud quosdam prævalebit charitas, inde primum Ecclesiæ, vers. 7 ad 9; quod posteritas illorum pro fide pugnatura sit, et victuri, vers. 10 ad 12; quod fides invalesceret contra charitatem et inde fidem, et hanc devincet, vers. 13 ad 16; sequutum dogma quod charitas esset ex fide, vers. 17; varia dicta de ea re ex Verbo litigata, vers. 18 ad 20; quod simularent dogma charitatis, unde quasi consociatio, vers. 21 ad 23; quod confirmationes ex Verbo pro charitate sinistre explicatæ, et quod fidem ex charitate destruxerint, vers. 24 ad 26; dolosa conjunctio, vers. 27, 28; quod fides conjunctionem dolosam fregerit, ipsum Verbum adulteraverit, et sic Ecclesiam destruxerit, vers. 29 ad 31; quod contradictum a multis, sed usque victi, vers. 32 ad 35; quod tandem sola fides obtinuerit, religio quæ omnem timorem Dei et omnem Ecclesiam destruit, vers. 36, 37; quod colet alium deum quam Dominum, vers. 38, 39;

quod sic fides ex charitate subjugata sit, vers. 40, 41; quod usque manseri qui simpliciter credunt Verbum, vers. 41; quod per ratiocinia ex naturali homine etiam destruet, vers. 42, 43; cum finis venit, quod instabit illis qui naturales sensuales, vers. 44, 45.

Cap. XII. Quod circa finem incipiet nova Ecclesia in qua coletur Dominus, et fides charitatis recipietur, vers. 1; quod tunc qui in illa fide sunt, in coelum venturi sint, non autem reliqui, vers. 2, 3; quod intelligentes fient, vers. 4; quod hæc fient quando consummatum est, vers. 5 ad 7; quod hæc revelatio a Domino sit, vers. 8, 9; quod mali non intellecturi, sed quod boni, vers. 10; de initio illius Ecclesiæ, vers. 11, 12, 13.

HOSCHEAS.

Cap. I. QUOD Propheta repræsentaret falsificationem Verbi apud gentem Judaicam, vers. 1 ad 3; quod Ecclesia illa prophana destruetur, cum venit Dominus, vers. 3 ad 5; quod non dari queat miseratio, vers. 6; sed Dominus miserabitur illorum qui e nova Ipsius Ecclesia, vers. 7; quod cum amplius nihil Ecclesiæ residuum est, vers. 7, 8, 9; quod tunc nova Ecclesia crescet, et agnoscet Dominum, vers. 10, 11.

Cap. II. Exhortatio ut a falsificationibus Verbi abstineant, quod alias non erit Ecclesia, sed erit absque bonis et veris, sicut antea, vers. 1 ad 4; quod fient sicut antea, quando amaverunt malum et falsum, sed quod detinendi, vers. 5, 6, 7; quod redituri ad Deum quem tunc coluerunt, et a quo acceperant bonum, nescientes quod hoc a Domino, vers. 8; sed quia usque Ipsum non coluerunt, sed alium deum, quod bona et vera vastabuntur, vers. 9 ad 13; quod illi qui e nova Ecclesia futuri sint, per tentationes purificandi sint, et præparandi, vers. 14 ad 17; et quod nova Ecclesia ex illis exstitura sit, quæ Dominum agnoscet, vers. 18 ad 22; quod tunc recepturi sint omnia coeli et Ecclesiæ, vers. 21 ad 23.

Cap. III. De Ecclesia nova a Domino instauranda, quod diu victuri sint absque veris et bonis Ecclesiæ, sed quod a Domino, cum venit, fient Ecclesia, et Ipsum agnituri sint, vers. 1 ad 5.

Cap. IV. Quod non nisi quam malum et falsum ex falsificato Verbo, sit in Ecclesia, vers. 1, 2, 3; et quia nihil legis et doctrinæ supereat, Ecclesia destructa sit, vers. 4 ad 9; quia falsificaverunt Verbum, quod non possint amplius intelligere verum, sed videbunt falsum, vers. 10 ad 12; unde ex illis cultus, vers. 13; annon perituri propterea, vers. 14; similiter illi qui in Ecclesia spirituali sunt, quod abituri in falsa, vers. 15 ad 19.

Cap.

Cap. V. Quod tam illi qui repræsentaverunt Ecclesiæ cœlestia, spiritualia et intellectualia, falsificaverint et adulteraverint vera Verbi, vers. 1 ad 3; quod non possint reverti, vers. 4; sed omnes perituri, vers. 5 ad 9; quod non intellectus veri illis amplius, sed loco veri intelligant falsum, vers. 10 ad 14; quod tamen novum Ecclesiæ erit, vers. 15.

Cap. VI. Quod nova Ecclesia instauranda sit, quæ agnoscet Dominum, vers. 1 ad 3; quod illa intellectura sit verum, vers. 4 ad 6; quia in Ecclesia priori perversa sunt, vers. 7 ad 10; quando nova Ecclesia, vers. 11.

Cap. VII. Quod perverterint omnia vera Verbi et doctrinæ, vers. 1 ad 5; quod perverterint illa per amores malos, vers. 6 ad 10; et per naturalis hominis scientifica, vers. 11; quod ideo non possint reduci, quia in falsis sunt, vers. 12 ad 16.

Cap. VIII. Quod perverterint Ecclesiam, quod bona et vera ejus verterint in mala et falsa, vers. 1 ad 7; quod per ratiocinia ex naturali homine exuerint omne Ecclesiæ, vers. 8 ad 11; et quoque omne cultus Ecclesiæ, quare non possunt non perire, vers. 12 ad 14.

Cap. IX. Quod falsificaverint vera Ecclesiæ, quare Ecclesia deperdita est, et erunt naturales, solum in ratiociniis ex naturali homine, vers. 1 ad 3; quod inde nullus cultus Divinus, vers. 4, 5; quod omne verum et bonum vertatur in falsum et malum, vers. 6; quod die judicii perituri sint, vers. 7 ad 9; quod tales etiam fuerint primi eorum, non aliquis intellectus veri illis, ita etiam posteri illorum, tametsi instructi, vers. 10 ad 13; quod horum posteri non possint non tales fieri, vers. 14 ad 17.

Cap. X. Quod Ecclesia quoad vera devastata, similem ei cultum habeat, dicentes quod illis verum, vers. 1 ad 3; quod in corde alium deum colant, vers. 4, 5; quod ratiocinaturi contra vera, vers. 6; quod in infernum, ubi tales, conjiciendi sint, vers. 7, 8; quod mala pœnæ illis, sed frustra, vers. 9, 10; quod edocti sint in veris et bonis, et admoniti, vers. 11, 12; sed quod usque perstiterint in falsis mali, inde eorum interitus die judicii, vers. 13 ad 15.

Cap. XI. Quod Israël (Dominus) in Ægyptum deductus sit, sit quod in primâ Ecclesiæ instructi sint, vers. 1; ubi in naturali cupiditate et scientia erant, vers. 2; quod instructi sint in cognitionibus et scientiis, vers. 3, 4; quum spirituales facti sint, quod non amplius naturales erunt, quia sic vera et intellectum eorum perdent, vers. 5 ad 8; sed quod ex eo quod fuerint in scientiis, illis erit intelligentia a Domino, vers. 9 ad 11.

Cap. XII. Quod intellectus Verbi falsificatus sit, tametsi Verbum est Domini, vers. 1; quod falsa crescent per ratiocinia ex naturalis hominis jucunditate, vers. 2; quod Dominus luctatus sit cum Jacobi posteris ex infantia illorum, vers. 3 ad 6; exhortatio ut convertant se, et non falsificent vera, vers. 7, 8; quod Ecclesia gloriata sit, quia in illa est Verbum, et ex cultu representativo, et quod a Domino semper custodita sint, sed quod usque falsificaverint et adulteraverint illa, vers. 9 ad 15.

Cap. XIII. Quod ex propria intelligentia omnem cultum Divinum perverterint, et quod inde perituri sint, vers. 1, 2, 3; cum tamen solus

Dominus

Dominus est Deus, vers. 4; quod cum ex Verbo cognitionibus ditati sunt, ex gloriatione sua deseruerint Dominum, vers. 5, 6; quod inde interitus illorum, vers. 7, 8, 9; quia non amplius verum Ecclesiæ, vers. 10, 11; quod hoc interius perditum sit, vers. 12, 13; quod custodiendi sint ab interitu, usque dum omne verum Ecclesiæ deperditum est, vers. 14, 15.

Cap. XIV. Quod perituri qui alium deum coluerunt, vers. 1; exhortatio ut convertant se, vers. 3, 4; quia non aliunde salvatio, vers. 4; quod sic acceptandi in Ecclesiam, ac informandi in ejus veris et bonis, vers. 5, 6, 7; quod rejicientur falsa, vers. 8; inde intellectus ex lumine rationali, vers. 9.

JOEL.

Cap. I. AD omnes qui ab Ecclesia, vers. 1, 2, 3; quod falsum ex sensuali homine et postea malum inde consumserit omnia ejus, vers. 4; ut resipiscant, quia malum ex sensuali homine destruxerit vasa Ecclesiæ, vers. 5, 6, 7; luctus quod bona et vera Ecclesiæ destructa sint, vers. 8 ad 13; exhortatio ut convertant se, vers. 14; et cogitent quod sit ultimum tempus quando Dominus venturus est, vers. 15; et quod omne Ecclesiæ devastatum sit, vers. 16, 17; quare lamentatio, vers. 18 ad 20.

Cap. II. Quod Dominus venturus et judicium facturus, vers. 1, 2; quando falsum et malum ex sensuali destruxerat totam Ecclesiam, vers. 2, 3; quod falsum mali per varias insanias destructurum sit omnia ejus, vers. 4 ad 9; quod dispersum sit omne bonum et verum cum cognitionibus illorum, vers. 10; quod Dominus pugnaturus sit cum illis, vers. 11; exhortatio ut convertant se ad Ipsum, et illorum pœniteat, et sapiant, vers. 12 ad 17; quod Dominus instaurabit Ecclesiam, cui daturus est ejus bona et vera, vers. 18, 19; ac falsa mali remoturus, et sic infernum, vers. 20; quod erit illis fiducia in Dominum, ex qua illis bona et felicia, vers. 21 ad 25; et agnitio ex corde, vers. 26, 27.

Cap. III. Quod Dominus Divino suo implebit omnes illos qui ab ea Ecclesia, et vivificabit, vers. 1, 2; quod falsa mali et mala falsi dissipatura sint influxum die judicii, vers. 3, 4; sed quod salvabuntur qui agnoscunt et colunt Dominum, vers. 5.

Cap. IV. Quod tunc congreganda sit Ecclesia, vers. 1; et quod tunc judicium super illos, qui disperserunt bona et vera Ecclesiæ, vers. 2, 3; super illos qui in solis cognitionibus et in sola fide, et per id vera Verbi et doctrinæ destruxerunt, vers. 4 ad 8; pugna boni et veri contra mala et falsa tunc, vers. 9 ad 12; quod tunc malum consummatum sit, vers. 13 ad 15; quod hoc a Domino, quem etiam tunc agnituri sunt, ex quo est

Ecclesia

Ecclesia, vers. 16, 17; quod Dominus tunc illos docebit Verbum, et quod falsificationes Verbi removebuntur, vers. 18, 19; quod tunc Ecclesia Domini erit, et ex Verbo, vers. 20, 21.

AMOS.

Cap. I. DOMINUS de Verbo et inde doctrina, vers. 1, 2; de illis qui pervertunt cognitiones e Verbo, inservientes doctrinæ, qui sic etiam bonum illarum avertunt; quod perituri sint, vers. 3 ad 5; de illis qui applicant Verbum ad falsum hæreticum, quod perituri sint, vers. 6 ad 8; de illis qui cognitiones boni et veri pervertunt, et per id sensum externum Verbi lædunt, vers. 9, 10; de illis qui pervertunt sensum literæ Verbi per falsum, per quod doctrina perit, vers. 11, 12; de illis qui falsificant vera sensus literæ Verbi, quod die pugnæ non resistant, sed verum doctrinæ perdant, vers. 13 ad 15.

Cap. II. De illis qui adulterant bonum sensus literæ Verbi, quod bonum et verum Ecclesiæ deperdant, vers. 1 ad 3; de illis qui cœlestia Verbi destruunt, et cœlestia et spiritualia ejus destruunt, vers. 4, 5; de illis qui spiritualia Ecclesiæ destruunt, quod inde abeant in omnis generis falsa, vers. 6 ad 8; quod Dominus prorsus removerit falsa mali, cum Ecclesia apud illos instituta est, ac instructi sunt, vers. 9 ad 11; quod tamen illa Ecclesia perverterit omnia, et inde facta sicut qui verum habet, et usque est absque vero, et quod sic tempore judicii pereat, vers. 13 ad 16.

Cap. III. Quod solum apud Israeliticam gentem instituta sit Ecclesia, quare ibi falsa et mala lustranda sunt, vers. 1, 2; quod non possit Ecclesia et simul nulla Ecclesia dari, nec vera et falsa simul, quin deprehendantur, vers. 3 ad 6; quod Dominus id omnino revelabit, vers. 7, 8; inde enim patet quomodo Ecclesia devastatur, vers. 9, 10; quare Ecclesiæ vera a falsis pereunt, vers. 11; et ab illis bona et vera Verbi auferentur, vers. 12; tunc omnia Ecclesiæ, vers. 13 ad 15.

Cap. IV. De illis qui doctrinam Ecclesiæ pervertunt, quod etiam in falsa in extremis lapsuri sint, vers. 1 ad 3; quod cultum faciant in externis secundum statuta, qui similis erit, at solum in extremis, vers. 4 ad 6; quod remansura sint quædam vera, cum reliqua sunt falsa, unde vera non valent, vers. 7, 8; quod dein falsificata sint omnia Ecclesiæ, vers. 9; et demum per scientifica sensualia prophanata usque ad omnia Ecclesiæ, ut vix aliquid residuum, vers. 9, 10; exhortatio ut convertant se ad Dominum, vers. 12, 13.

Cap. V. Lamentatio ſuper Eccleſiam quod ſucceſſive devaſtata ſit, verſ. 1 ad 3; hortatio ut quærant Dominum, ne omnia Eccleſiæ per mala et falſa pereant, verſ. 4 ad 9; quod reſpuant vera, quia de propria intelligentia ſunt, verſ. 10 ad 13; ut convertant ſe, verſ. 14, 15; lamentatio ſuper Eccleſiæ deſtructionem et ſuper interitum illorum cum venit Dominus, verſ. 16 ad 20; quod cultus eorum non poſſit acceptus eſſe, verſ. 21, 22; quod acceptus erit ſi bonum et verum illis ſint, verſ. 23 ad 25; quod alioquin deprivantur omni cognitione veri et boni, verſ. 26, 27.

Cap. VI. De Eccleſia ſpirituali, quæ inſtituta, quod evaſerit pejor quam aliarum gentium religioſa, verſ. 1, 2; quod omnia Eccleſiæ in abundantia poſſideat, quod de interitu Eccleſiæ nihil cogitent, verſ. 3 ad 6; quod ideo omnia peritura ſint, verſ. 7 ad 9; uſque ut nihil remaneat, verſ. 10 ad 12; propterea quia ex proprio ſibi illa acquiſiverunt, verſ. 13, 14.

Cap. VII. Quod Eccleſia ab externis ad externa creverit, verſ. 1; quod cum externa deperdita ſunt, reparatum ſit, verſ. 4 ad 6; quando uſque ad intima, tunc omnia deſtructa, quia contra Deum, verſ. 7 ad 9; et contra omnia doctrinæ, verſ. 10 ad 13; ſic ut non doctrina amplius, verſ. 14 ad 16; quod Eccleſia cum omnibus ejus peritura ſit, verſ. 17.

Cap. VIII. Quod novum Eccleſiæ exiſtat, verſ. 1; quod tunc finis veteris Eccleſiæ, verſ. 2, 3; quando non niſi adulteratio boni et veri, verſ. 4 ad 6; quod ideo die judicii perituri ſint, verſ. 7 ad 10; quod tunc non amplius ullum bonum et verum, verſ. 11 ad 14.

Cap. IX. De ultimo judicio ſuper illos, et quod nullibi erit evaſio, quocunque fugerint, verſ. 1 ad 5; a Domino qui facit ut ſit Eccleſia, verſ. 6; quod Eccleſiæ etiam prius fuerint, quæ devaſtatæ ſunt, verſ. 7; quod uſque Eccleſia non peritura ſit, ſed quod qui in illa ſunt pereant, verſ. 8 ad 10; quod inſtituetur nova Eccleſia, quæ agnoſcet Dominum, verſ. 11, 12; quod in illa erit doctrina veri ac intellectus ejus, verſ. 13 ad 15.

OBADIAH.

DE illis qui intelligentia propria ſunt, et ſenſum literæ Verbi pervertunt, qui ſunt Edom; quod pugnandum ſit contra illos, quia credunt ſe intelligentes præ reliquis, verſ. 1, 2, 3; quod per lumen naturale defendant falſa, ſed quod perituri ſint, et ipſa falſa cum illis, verſ. 4, 5; quod faſtus illis ſit, verſ. 6; quod illis non ſint vera, verſ. 7; quod die judicii perituri, quia Eccleſiam oppreſſerunt, verſ. 8, 9; quod Eccleſiam amplius

amplius perdunt, et hoc illis jucundum, verſ. 10 ad 14; quod interitus illis die judicii, verſ. 15, 16; quod nova Eccleſia exſtitura ſit, verſ. 17; loco prioris Eccleſiæ, quæ damnata, verſ. 18; quod nova Eccleſia in intellectu veri erit, et illi qui ibi ſalvabuntur, verſ. 19 ad 21.

JONAS.

Cap. I. DE converſione gentium, quæ ſunt Ninive, quod mandati illi qui a gente Judaica, ut docerent gentes circumcirca Verbum, ſed quod nollent, et quod ſic ſoli Verbum apud ſe cuſtodirent, verſ. 1 ad 3; quod cognitiones illis perire inciperent, et quod illi tamen ſecure vixerint, verſ. 4, 5, 6; quod gentes perceperint, quod ſtatus Eccleſiæ perverteretur apud ſe propter jacturam illarum apud Judæos, et quod illi non vellent communicare aliis extra ſe, verſ. 7, 8, 9; quod rejicerent illa quæ ex gente Judaica, quia falſificata, ut ſalvarentur, verſ. 10 ad 13; quod orarent ad Dominum de ſalute, quæ facta eſt illis, remotis falſis ex gente Judaica, verſ. 14 ad 16.

Cap. II. Propheticum de pugnis Domini cum infernis, et de graviſſimis Ipſius tentationibus tunc, et de ſtatu Ipſius tunc; tres dies et noctes, quibus Jonas fuit in viſceribus piſcis, ſignificat durationem integram pugnæ cum infernis, verſ. 1 ad 11.

Cap. III. Quod gentes, audientes ex Verbo Dei de peccatis ſuis, quod perituri, poſt pœnitentiam ſe converterunt, et quod a Domino auditi ſint, et ſalvati, verſ. 1 ad 10.

Cap. IV. Quod gens Judaica de eo quod gentes ſalvatæ ſint valde excandeſceret, verſ. 1 ad 4; repræſentatum quod exardeſceret ſuper id, verſ. 5 ad 11.

MICKAH.

Cap. I. DE Eccleſia quoad doctrinam veri et boni. De deſcenſu Domini e cœlo, et de adventu Ipſius in mundum, verſ. 1, 2; quod alius ſtatus cœli tunc factus ſit, verſ. 3; quod tunc omnia Eccleſiæ repræſentativa, quæ prorſus falſificata ſunt, deſtruentur, verſ. 4 ad 7; luctus inde, et quod uſque ad illos, qui in cœleſti bono eſſent, pertingeret, verſ. 8 ad 12; quod etiam illi inde inciperent perverti, verſ. 13 ad 15; quod inde quoque illis omnis veri deprivatio, verſ. 16.

Cap.

Cap. II. De cogitatione cum intentione faciendi malum, quod etiam ex voluntate faciunt, verſ. 1, 2; quod inde Eccleſia perverſa facta ſit, verſ. 3 ad 5; quod non juvet amplius docere, niſi illos qui obediunt, verſ. 6, 7; quare mala omnis generis faciunt, verſ. 8, 9; quod perituri quia non poſſunt doceri, verſ. 10, 11; quod talia non invadant illos qui e nova Eccleſia Domini erunt, verſ. 12, 13.

Cap. III. De Eccleſia perverſa, quod omnia vera et bona uſque ad ultima ejus deſtruxerint, verſ. 1 ad 3; quod tunc a Domino non audiantur, verſ. 4; quod quia perverterunt omnia Verbi et doctrinæ, non amplius aliquid veri et boni poſſint videre et recipere, verſ. 5 ad 7; de Domino quoad Verbum quod indicaturus illis, verſ. 8; quod omnia vera et bona Verbi falſificent, et tamen dicant, quod Deus apud illos ſit, verſ. 9 ad 11; quod ideo tota Eccleſia deſtruetur, verſ. 12.

Cap. IV. Quod nova Eccleſia a Domino, cum in mundum venit, inſtaurabitur, et illa ex gentibus, verſ. 1, 2; quod ibi non amplius falſa et mala, ſed vera et bona, verſ. 3, 4; ſub Domino, verſ. 5, 7, 10; quod accedent qui in externis, et qui ex ignorantia in non veris et bonis, verſ. 6, 7; quod vera et bona apud illos creſcent, verſ. 8 ad 10; quod non falſa intrabunt et perdent, verſ. 10, 11, 12; quod falſa deſtruentur apud illos, verſ. 13; utcunque infeſtant, verſ. 14.

Cap. V. De adventu Domini, qui Deus Eccleſiæ, verſ. 1; qui colliget Eccleſiam et docebit illos qui in ea, verſ. 2, 3; quod ratiocinia ex falſis prorſus deſtruet, verſ. 4, 5; quod tunc erit ſalus in illa Eccleſia, verſ. 6; ſed in Eccleſia apud gentem Judaicam non niſi quam falſa mali, verſ. 7; quod hæc nihil valitura ſupra Eccleſiam Domini, verſ. 8; et quod cum omnibus ſuis falſis et malis peritura ſit, verſ. 9 ad 14.

Cap. VI. Contra gentem Judaicam, quod Dominus illis omne bonum præſtaret, verſ. 1 ad 4; quod tutatus ſit, verſ. 5; quod Dominus non per externa cultus adeatur, ſed per interna, quæ ſunt veri et boni, verſ. 6 ad 8; quod vita veri et boni ametur, verſ. 9; et non vita falſi et mali, verſ. 10, 11; quod illis falſificatio veri, verſ. 12; quod non potuerint per pœnas reduci, verſ. 13; quare Eccleſia illa non poteſt quin deſtructa pereat, verſ. 14 ad 16.

Cap. VII. Quod non amplius in Eccleſia aliquod verum et bonum, quod ideo tempus ultimum illi, verſ. 1 ad 4; quod tunc pugnatura ſint falſa et mala inter ſe, et contra vera et bona, verſ. 5, 6; quod tunc Eccleſia ventura ſit, quæ a Domino in luce veri erit, verſ. 7 ad 9; quod vetus Eccleſia deſtruetur, verſ. 10; quod nova reſtaurabitur collecta ab omni gente, verſ. 11, 12; quando vetus deſtructa eſt, verſ. 13; quod docenda ſit et ducenda, verſ. 14, 15; quod infernalia ab illa removebuntur, verſ. 16, 17; quod miſeratio Divina ibi, verſ. 18 ad 20.

NAHUHM.

NAHUM.

Cap. I. DE ultimo judicio ſuper illis qui in malis, verſ. 1, 2; quod ex præſentia Ipſius omnia revelentur; et quod illi qui ab Eccleſia perverſa ſunt, non conſiſtent, verſ. 3 ad 6; quod Dominus tutatur illos qui fidunt Ipſi, verſ. 7; ſed quod illi qui in falſis et malis ſunt, perituri, verſ. 8 ad 11; quod autem illi qui non ab illa Eccleſia ſunt, et in falſis ex ignorantia, recipientur, et falſa eorum removebuntur, verſ. 12 ad 14.

Cap. II. De adventu Domini, et de nova Eccleſia ab Ipſo, et de tutela illius Eccleſiæ ab Ipſo, verſ. 1 ad 4; quod die judicii perituri ſint illi qui Eccleſiam deſtruxerunt, et conjicientur in infernum cum tumultu, verſ. 4 ad 7; quod illis auferentur omnia Eccleſiæ, verſ. 8 ad 11; quod tunc non amplius deſtruent Eccleſiam et ſancta ejus, verſ. 12 ad 14.

Cap. III. De illis qui falſificaverunt et adulteraverunt Verbum, quod perituri in inferno, verſ. 1 ad 4; quod revelabuntur omnes adulterationes eorum, et interibunt, verſ. 5 ad 7; quod cognitiones et ſcientifica non ſalvabunt, quia diſſipabuntur, verſ. 8 ad 10; quia illæ non tutantur, quia pereant per falſa mali, verſ. 11, 12; utcunque per illas confirmaverant ſe, ſed fruſtra, ver. 13 ad 17; nec ratiocinia, verſ. 18; quod nihil ſani ſit, quare interitus, verſ. 19.



HABAKUK.

Cap. I. DE violentia et de injuſtitia, quod pereat juſtum et verum, dolor a Domino, et ad Dominum, verſ. 1 ad 5; quod Eccleſia Judaica prophanaverit omnia vera et bona Verbi et Eccleſiæ, verſ. 6 ad 11; continuatur dolor Domini, quod mali valeant ſuper bonis, et hos perdant, verſ. 12 ad 17.

Cap. II. De adventu Domini, quid tunc, verſ. 1 ad 3; de amore ſui, quod creſcat, et quod homo inde vileſcat, verſ. 4, 5; quod contemnatur ab aliis, verſ. 6, 7; et pervertant bona et vera Eccleſiæ, verſ. 8; quod in propria intelligentia ſint, ex qua ſe efferunt, verſ. 9, 10; quod ſolum ab externis judicent, verſ. 11; quod maledictio illis ſit, qui doctrinam ex falſis excludunt, verſ. 12, 13; quando Dominus venit, verſ. 14; quod qui ſeducit alios, illum tunc pudebit, verſ. 15 ad 17; et quod falſa tunc ei non proderunt, verſ. 18, 19; hoc cum Dominus in ſuo Humano eſt, verſ. 20.

Cap. III. Prædictio quod Dominus in mundum venturus sit, cui Divinum Verum et Bonum, vers. 1 ad 4; quod lustrabit Ecclesiam, quod nulla sit, vers. 5 ad 7; quod per Divinum suum verum dissipabit falsa mali, vers. 8, 9; judicium super illos, pugna cum illis, destructio eorum, et conjectio in infernum, vers. 10 ad 15; dolor propter statum eorum, quod nihil Ecclesiæ amplius, vers. 16, 17; quod tunc qui agnoscunt corde Dominum, salvabuntur, vers. 18, 19.

ZEPHANIAH.

Cap. I. QUOD omnis cognitio et intellectus veri peribit, vers. 1 ad 3; quod peribit Ecclesia, quia in meris falsis et malis quoad doctrinam et quoad cultum, vers. 4 ad 6; quod venturus sit Dominus et colliget ad Ecclesiam, vers. 7, 8; quod illi tunc qui vera Verbi adulteraverunt perituri sint, et in infernum conjiciendi, vers. 9 ad 11; quod tunc nihil veri in Ecclesia residuum erit, vers. 12, 13; quod die judicii a Domino interibunt, vers. 14 ad 17; quod conservari nequeant, vers. 18.

Cap. II. Hortatio ut convertant se antequam Dominus ad judicium venit, vers. 1 ad 3; quia tunc mali propter mala et falsa plurium generum perituri sint, vers. 4 ad 6; quod tunc aliqui salvandi sint, vers. 7; qui adulteraverunt Verbum, quod prorsus perituri sint, vers. 8 ad 10; quod perituri ut qui potest, agnoscat Dominum, vers. 11; quod prorsus perituri sint, qui per ratiocinia et scientifica cognitiones veri falsificaverunt, et sic Ecclesiam destruxerunt, vers. 12 ad 15.

Cap. III. Quod omne doctrinæ veri et boni perversum sit, vers. 1 ad 4; quod Dominus, cum venit, inquisiturus sit, vers. 5; quod mali perituri et conjiciendi in infernum, vers. 6 ad 8; quod tunc nova Ecclesia ab illis qui agnoscent Dominum, vers. 9, 10; quod separandi qui in falsis mali sint, et sic quod pauci salvandi, vers. 11, 12; quod tunc Ecclesia nova ab illis qui agnoscent Dominum, qui mala et falsa ab illis removebit, de qua Ecclesia vers. 13 ad 20.

HAGGAI.

Cap. I. QUOD credant Meſſiam venturum, ut illos evehat in gloriam, cum Eccleſia apud illos devaſtata eſt, verſ. 1 ad 4; quod Verbum illos amplius non docere poſſet, verſ. 5, 6; quod Eccleſia non poſſit inſtitui apud illos, quia quiſque ſpectat ad ſe et non ad Dominum, verſ. 7 ad 9; quod ideo nihil veri et boni poteſt ab illis recipi, verſ. 10, 11; quod Eccleſia inſtituetur apud illos, qui ex Verbo ſapiunt, verſ. 12 ad 15.

Cap. II. Quod Eccleſia primum inſtituta fuerit plena veris, hodie devaſtata, verſ. 1 ad 3; quod tamen Eccleſia inſtituetur, verſ. 4, 5; cum Dominus venit in mundum, quod illa Eccleſia erit interior, verſ. 6 ad 9; quod externum abſque interno nihil juvet, minus cum externum falſificatum eſt, ita in Eccleſia priore, verſ. 10 ad 14; ubi verum verſum eſt in falſum, in quo vix aliquid Eccleſiæ eſt, verſ. 15 ad 17; cum tamen vera ſunt in copia in Verbo, verſ. 18, 19; quod deſtruentur omnia Eccleſiæ prioris, verſ. 20 ad 22; quod apud alios erit Eccleſia, verſ. 23.

SACHARIAS.

Cap. I. QUOD qui ex Jacobo fuerunt, a principio informati ſint in rebus Eccleſiæ, ſed fruſtra, verſ. 1 ad 4; quod ideo evenerit illis ſecundum Verbum, verſ. 5, 6; repræſentantur ſucceſſivi ſtatus Eccleſiæ uſque ad finem, qualis illis intellectus Verbi, verſ. 7 ad 10; compertum quod Eccleſia non ſit, verſ. 11; de nova Eccleſia quæ a Domino, verſ. 12, 13; quod Dominus novam Eccleſiam inſtituet, quando prior plane perverſa eſt, verſ. 14 ad 16; quod inſtituet illam loco prioris, verſ. 17.

Cap. II. De nova Eccleſia a Domino. De falſis mali quæ omnem Eccleſiam deſtruxerunt, verſ. 1 ad 4; de qualitate Eccleſiæ inſtituendæ quoad verum et bonum, verſ. 5, 6; quod illa valde multiplicabitur, et Dominus in illa, verſ. 7 ad 9; quod ſeparandi et diſpergendi qui ſancta profanaverunt, verſ. 10 ad 13; quod venturus Dominus, et quod qui e nova Eccleſia agnituri Ipſum, et quod apud illos erit, verſ. 14 ad 17.

Cap. III. De nova Eccleſia. Quod falſum infernale a priore Eccleſia infeſtaret novam Eccleſiam quam Dominus inſtauravit, verſ. 1, 2; quod falſa ignorantiæ huic Eccleſiæ ſint, quæ removebuntur, et loco eorum dabuntur vera, verſ. 3 ad 5; quod intellectus veri a Domino erit illis, quantum recedunt a falſis, verſ. 6 ad 10.

Cap.

Cap. IV. De illuſtratione novæ Eccleſiæ a Domino ex bono amoris per verum, verſ. 1 ad 7; quod hoc a Domino, verſ. 8 ad 10; quod in illa etiam erunt vera ex origine cœleſti, verſ. 11 ad 14.

Cap. V. De rejectione Eccleſiæ Judaicæ, quia prorſus Eccleſiam perverterunt, verſ. 1 ad 4; quod omne bonum deſtruxerint, verſ. 5 ad 8; quod verum ejus amplius prophanaturi ſint, verſ. 9 ad 11.

Cap. VI. De doctrina novæ Eccleſiæ ex veris quæ ex bono amoris et charitatis, verſ. 1 ad 7; quod erit apud illos qui in ignorantia veri, verſ. 8; repræſentativum quod a Domino nova Eccleſia, ac omne verum et bonum ibi, verſ. 9 ad 14; quod Eccleſia erit ex illis qui extra Eccleſiam ſunt, verſ. 15.

Cap. VII. Judæi volentes ut Eccleſia apud illos eſſet poſt captivitatem Babylonicam, ſed quod non fieret, quia ſe non a falſis et malis converterunt, verſ. 1 ad 7; quod dictum illis ſit ut ſtatuta ſervarent, ſed quod non fecerint, verſ. 8 ad 12; quapropter non erit apud illos Eccleſia, ſed quod diſpergendi ſint, verſ. 13, 14.

Cap. VIII. Quod Dominus inſtituet Eccleſiam in qua doctrina veri et boni erit, verſ. 1 ad 3; ubi ſapientia et innocentia, verſ. 4 ad 6; quod adducendi ſint ab undique ad illam, et quod agnitura ſit Dominum, verſ. 7 ad 9; quod prius non fuerit tutela a falſis mali quæ ab inferno, verſ. 10; aliter in hac Eccleſia, ubi vera et bona perſtabunt, verſ. 11, 12; quod ſicut prior Eccleſia per falſa mali periit, ita hæc in veris et bonis ſubſiſtet, verſ. 13 ad 17; quod in humiliatione et in affectione veri erit, verſ. 18, 19; quod creſcet et multiplicabitur ab omnibus qui colunt Dominum et amant Verbum, verſ. 20 ad 23.

Cap. IX. Quod Eccleſia nova in cognitionibus ex Verbo erit, verſ. 1, 2; quod qui in cognitionibus ex Verbo ſunt perdent illas, verſ. 3, 4; ſimiliter qui in ſola fide, verſ. 5, 6; quod peribunt ne amplius perdant Eccleſiam, verſ. 7, 8; quod venturus Dominus cum Divino Vero, verſ. 9; quod poſtquam vetus Eccleſia periit, nova inſtituatur ſub Domino, qui regnabit ſuper illa, verſ. 10, 11; quod Dominus illos implebit veris, ac tutabitur, verſ. 12 ad 16; quod illis intelligentia, verſ. 17.

Cap. X. Quod Dominus ſpiritualiter benedicet illis qui Ipſum petunt, verſ. 1; quod illi qui Verbum habent, in falſis mali ſint et perituri, verſ. 2, 3; quod illi qui in cœleſti bono, ex quibus Eccleſia, ubi Dominus, pugnaturi ſint contra falſa mali, tum qui in ſpirituali bono, verſ. 4 ad 6; quod congregandi ſint ex omni religione, et quod docendi, verſ. 7 ad 10; quod Dominus tutabitur illos a falſis quæ ex inferno, verſ. 11; quia colunt Dominum, verſ. 12.

Cap. XI. Quod omne externum Eccleſiæ devaſtatum ſit, verſ. 1 ad 3; cavendum ne illi qui in bono ab illis perdantur, verſ. 4, 5; quod falſa Eccleſiam perdant, verſ. 6; quod non ſint aliqui qui ducant amplius populum, verſ. 7, 8; ſed qui perdant, verſ. 9; quod conjunctio Domini cum illis rupta ſit, verſ. 10, 11; quod Dominus proditus ſit a Judæis,

quia illos docuit, verſ. 12, 13; quod conjunctio veri et boni rupta ſit, verſ. 14; quod docens et ducens perdant omnia Eccleſiæ per falſa mali, verſ. 15 ad 17.

Cap. XII. Quod Dominus Eccleſiam formet, verſ. 1; quod non aliquid doctrinæ veri erit in Eccleſia, quare fugient illam, verſ. 2, 3; quod non intellectus veri amplius, modo apud illos qui in Verbo ſunt et ab Eccleſia nova, verſ. 4; quod tunc bonum doctrinæ a Domino diſcent, verſ. 5; quod tunc Dominus per vera Verbi deſtruet omnia falſa, ne doctrina aliud doceat, verſ. 6, 7; quod tunc Eccleſia in doctrina de Domino erit, verſ. 8; quod tunc deſtruentur omnes aut omnia quæ contra illam doctrinam ſunt, verſ. 9; quod tunc nova Eccleſia a Domino, verſ. 10; quod omnia et ſingula Eccleſiæ in luctu erunt, verſ. 10 ad 14.

Cap. XIII. Quod tunc pro nova Eccleſia Domini erit Verbum, verſ. 1; quod et falſa doctrinæ et cultus prorſus deſtruentur, verſ. 2, 3; quod ceſſabit propheticum, nec erit falſum doctrinæ, verſ. 4, 5; quod Dominus ab illis apud quos tunc Eccleſia occidetur, ex intentione ut diſpergantur qui credunt in Ipſum, verſ. 6, 7; quod qui ab Eccleſia devaſtata perituri ſint, et quod qui ab Eccleſia nova purificandi, ac docendi a Domino, verſ. 8, 9.

Cap. XIV. De pugnis Domini contra malos, et de diſperſione illorum, verſ. 1 ad 5; quod tunc nullum verum, ſed quod in Domino Divinum verum, verſ. 6, 7; quod tunc Divinum verum a Domino procedet, verſ. 8, 9; quod verum in nova Eccleſia multiplicabitur, nec ibi falſum mali, verſ. 10, 11; quod qui contra vera illa pugnat, in omnis generis falſa ſe dabit, verſ. 12; quod tunc deſtructio Eccleſiæ, verſ. 13 ad 15; quod tunc acceſſuri ad cultum Domini, etiam a gentibus qui externi naturales ſunt, verſ. 16 ad 19; quod tunc intelligentia erit ex bono charitatis, ex quo cultus, verſ. 20, 21.

MALACHIAS.

Cap. I. QUOD Dominus inſtituerit Eccleſiam apud illos, qui in externo vero potuerunt eſſe, et qui non in externo bono, verſ. 1, 2; quod omne externum bonum deperditum ſit, et inde quoque externum verum, verſ. 3, 4; quod tametſi ibi Eccleſia, uſque non agnoſcant Dominum, verſ. 5, 6; quod colant Dominum ex malo et non ex bono, verſ. 7, 8; quod ideo cultus illorum non acceptetur, verſ. 9, 10; quod illi qui extra Eccleſiam, colant Dominum, verſ. 11; at quod illi qui intra Eccleſiam prophanent cultum, et non colant Dominum, verſ. 12 ad 14.

Cap. II. Quod niſi colant Dominum, omnis cultus erit perverſus et prophanus, verſ. 1 ad 4; quod datum ſit per Verbum, ut conjunctionem

haberent cum Domino, qui ibi eſt Levi, verſ. 5 ad 7; quod receſſerint a Verbo, et per id ſolverint conjunctionem, verſ. 8 ad 10; quod coluerint alium deum, unde prophanatio, verſ. 11; quare peribunt, verſ. 12; quod cultus eorum externus ideo non acceptetur, verſ. 13; quod ſe ab Eccleſia ſejunxerint, verſ. 14 ad 16; etiam per id quod malum dicant bonum, verſ. 17.

Cap. III. Quod Dominus venturus in mundum, et quod docturus Verbum in ſua puritate, verſ. 1, 2, 3; quod tunc Eccleſia, doctrina et cultus erunt quales fuerunt antiquis, verſ. 4; quod Dominus tunc judicium faciet ſuper omnes qui adulteraverunt et deſtruxerunt vera Eccleſiæ, verſ. 5, 6; quod hoc fecerint ab initio, nec deſiſtant ab eo, verſ. 7; et non ab adulteratione, unde illis interitus, verſ. 8, 9; ſi vixiſſent ſecundum ſtatuta, quod in bono Eccleſiæ fuiſſent, verſ. 10, 11, 12; quod confirmaverint ſe in eo, quod bonum non juvet, nec malum noceat, quia boni et mali ſimili gaudent, verſ. 13 ad 15; aliter qui fidunt Domino, verſ. 16; quod beati a Domino erunt cum venit, verſ. 17; tunc diſcrimen videbitur, verſ. 18; et ſalvabuntur boni, verſ. 20; et tunc mali in infernum conjicientur, verſ. 21; propter quod Verbum annihilaverint, verſ. 22; quod ante Dominum mittetur Johannes Baptiſta, ne tunc natio illa pereat, verſ. 23.

PSALMI DAVIDIS.*

Pſ. I. QUOD homo, qui non male vivit, per Verbum Domini regeneretur, verſ. 1 ad 3; at quod qui male vivit, die judicii pereat, verſ. 4, 5; quia Dominus novit quemvis, verſ. 6.

Pſ. II. Quod illi qui in veris et bonis Eccleſiæ forent, contra Dominum ſint, verſ. 1, 2; ſed ſeparent ſe ab illis, quia nihil ſunt coram Domino, verſ. 3, 4; et perdentur, verſ. 5; quod Dominus Humanum induet et inſtaurabit Eccleſiam, verſ. 6 ad 8; et quod falſa mali diſperget, verſ. 9; agnoſcant itaque et colant Divinum Humanum Domini ne pereant, verſ. 10 ad 12.

Pſ. III. De Domino cum fuit in tentationibus et ſubjugavit inferna, et tunc in ſtatu humiliationis, in quo oravit ad Patrem, verſ. 1 ad 9.

Pſ. IV. De Domino cum in tentationibus magnis, verſ. 1 ad 3; ut timeant Ipſum, quia a Patre Ipſi tutela, verſ. 4; exhortatio ut reſipiſcant, verſ. 5 ad 9.

Pſ. V.

* Sciendum eſt, quia per Davidem intelligitur Dominus, ideo ubi David in Pſalmis loquitur, ibi in ſenſu ſpirituali ſignificatur Dominus, ut multis aliis locis, quæ adducenda.

Pſ. V. Oratio Domini ad Patrem ut aſſiſtat, verſ. 1 ad 4, 8, 9, 12, 13; contra malos, falſarios et hypocritas, verſ. 5 ad 7, 10, 11.

Pſ. VI. Oratio Domini ad Patrem cum in ſtatu tentationum ultimo fuit, qui ſtatus eſt deſperatio, verſ. 1 ad 8; et quod adjutus repreſſerit inferna, verſ. 9 ad 11.

Pſ. VII. Oratio Domini ad Patrem, ut contra inferna aſſiſtat, verſ. 1 ad 3, 7 ad 10, 11, 12, 18; quia Ipſe juſtus, et non Ipſi malum, verſ. 4, 5, 9, 10, 11; ne inferna valeant, verſ. 6; ſed vincantur, verſ. 13 ad 17.

Pſ. VIII. Celebratio Patris a Domino ut ſpectet innocentiam Ipſius, et aſſiſtat contra inferna, verſ. 1 ad 4, 10; ſtatus humiliationis Domini deſcribitur, verſ. 5, 6; ſtatus glorificationis Ipſius deſcribitur, verſ. 7, 8, 9.

Pſ. IX. Gratiarum actio et gaudium Domini, quod mali judicati ſint et deſtructi, verſ. 1 ad 9, 20, 21; quod liberati ſint boni, verſ. 10, 11; et horum gratiarum actio quod mali ſint victi et conjecti in infernum, verſ. 16 ad 18.

Pſ. X. Quod mali malum faciant bonis et Deum negant, ac ſint hypocritæ et doloſi, verſ. 1 ad 4; oratio ad Patrem ut retribuatur illis, et judicium ſuper illos fiat, verſ. 12 ad 18.

Pſ. XI. Dominus excitat ſe, ut contra malos pro bonis pugnet, verſ. 1 ad 5; quod mali perituri ſint ex juſtitia, verſ. 6 ad 7.

Pſ. XII. Quod non boni amplius, ſed hypocritæ, verſ. 1 ad 5; quod Dominus bonos liberaturus in æternum contra malos, verſ. 6 ad 9.

Pſ. XIII. De ſtatu tentationum Domini, ac de infernalium inſurrectione gravi contra Ipſum, verſ. 1 ad 5; quod fiducia Ipſi de victoria, verſ. 6.

Pſ. XIV. Quod prorſus non intellectus veri ac voluntas boni amplius, verſ. 1 ad 3; quod non agnoſcant Deum, verſ. 4, 5; quod contra bonum et verum ſint, verſ. 6; quod Dominus ſalvaturus illos qui ab Eccleſia, unde illis gaudium ab Ipſo, verſ. 7.

Pſ. XV. Quod illi qui amant proximum et Deum, erunt ab Eccleſia Domini, verſ. 1 ad 5.

Pſ. XVI. Fiducia Domini in ſe, verſ. 1, 2; pro liberandis bonis, quos mali infeſtant, verſ. 3 ad 5; quod Ipſi Divinum ſit et Divina potentia, verſ. 6 ad 8; quod Humanum Ipſius glorificatum reſurget, verſ. 8 ad 10.

Pſ. XVII. Dominus de integritate vitæ ſuæ, verſ. 1 ad 5; ex Divino in ſe, verſ. 6; ex quo ſuſtentatus contra malos, qui inſurgunt contra Ipſum, verſ. 6 ad 10; et volunt Ipſum occidere, verſ. 11, 12; a quibus tamen non poteſt lædi, verſ. 13; qui tamen Verbum habent, verſ. 14; quod Ipſe glorificabitur, verſ. 15.

Pſ. XVIII. Fiducia Domini a Divino ſuo contra inferna, verſ. 1 ad 4, 7; pugnæ Domini cum infernis, verſ. 5, 6, 7; quod in zelo ſubjugaverit et proſtraverit illa, verſ. 8 ad 15; quod ſic Divina veritas appareat, verſ. 16; quod ex Divino ſuo valuerit ſupra illos, verſ. 17 ad 20; quod juſtitia et integritas fuerit Domino, verſ. 21 ad 27, 31, 33; ac

Divinum.

Divinum verum, verſ. 29, 30; quod ſit ſolus Deus, verſ. 32; quod ex Divino ſuo pugnet, verſ. 33 ad 37; ac inferna ſubjuget, verſ. 38 ad 41; quod illis non ſit ſervator, verſ. 42; quare deſtruentur, verſ. 43, 46; tunc nova Eccleſia quæ agnoſcet et colet Dominum, verſ. 44, 45; celebratio Domini ab illa Eccleſia propter redemptionem, verſ. 47 ad 51.

Pſ. XIX. Quod Divinum verum exibit undequaque, verſ. 1 ad 5; quod hoc a Domino a primis ad ultima Cœli et Eccleſiæ, verſ. 6, 7; quod Divinum id verum perficiat hominem, quia illud eſt ſapientia, verſ. 8 ad 12; quod non faſtus, verſ. 13, 14; quod ſic purum et acceptum, verſ. 15.

Pſ. XX. Celebratio Domini quod Eccleſiam ſuſtentet, verſ. 1 ad 5; quod ab Ipſo ſalus, verſ. 6, 7, 10; quod ſalventur qui Ipſi fidunt, et quod pereant qui ſibi, verſ. 8, 9.

Pſ. XXI. De Domino: quod ex Divino Ipſius Ipſi omne bonum et verum, ita honor et gloria, verſ. 1 ad 7; quod proſtraturus omnes qui contra Ipſum die judicii, verſ. 8 ad 13; quod ex potentia Ipſius lætabuntur qui cum Ipſo, verſ. 14.

Pſ. XXII. De ſtatu paſſionis Domini. Oratio ad Patrem ne deſeratur, verſ. 4 ad 6, 9; quod contemtus præ omnibus ſit, verſ. 7, 8; quod ex conceptione ſit Ipſius, verſ. 10, 11; quod illi qui ab Eccleſia, ubi Verbum, Ipſum morti condemnaverint, verſ. 13 ad 16; quod cruciſixerint, verſ. 17, 18; quod diviſerint veſtes, ſeu diſſipaverint vera Verbi Ipſius, verſ. 19; precatio ne deſeratur, verſ. 20 ad 22; quod inde Eccleſia, verſ. 23, 24, 26; qui ſuſtinuit, ex potentia Divini ſui, verſ. 25; quod per id Eccleſia, quæ ab undique congregabitur, quæ colet Ipſum, verſ. 27 ad 32.

Pſ. XXIII. De Domino, quod doceat et ducat ad vera et bona cœli et Eccleſiæ, verſ. 1 ad 3; inde non timor pro infernis, quia Ipſe cuſtodit, et dat bonum et verum in abundantia, verſ. 5; in cœlo cum Domino in æternum, verſ. 6.

Pſ. XXIV. De Eccleſia quæ a Domino per Verbum, verſ. 1 ad 3; quod in illa erunt qui non in falſis et malis, verſ. 4 ad 6; quod recepturi Dominum, qui vicit inferna, et glorificavit Humanum, verſ. 7 ad 10.

Pſ. XXV. Preces Eccleſiæ ad Dominum ut cuſtodiantur ab infernis, verſ. 1 ad 3; ut doceantur in veris, verſ. 4 ad 6; ut remittantur peccata eorum ex miſericordia, verſ. 7 ad 11; quod ſic illis bonum, et conjunctio, verſ. 12 ad 14; oratio Eccleſiæ ad Dominum, et in ſupremo ſenſu Domini at Patrem, ut quia ſolus pugnat, contra inferna aſſiſtat, verſ. 15 ad 20; quod integritas Ipſi, verſ. 21; et ſic redemtio, verſ. 22.

Pſ. XXVI. Quod Domino integritas, puritas et innocentia ſit, verſ. 1 ad 6, 11; quod Ipſi amor Divinus ſalvandi ſit, verſ. 7, 8; quod in pugnis cum malitioſis ſit, verſ. 9, 10; quod redemtio ſit, cum vincit, verſ. 11, 12.

Pſ. XXVII. Sermo Domini ad Patrem, quod non timeat inferna, quæ contra Ipſum pugnant, verſ. 1 ad 3; de unione Ipſius cum Patre, verſ. 4 ad 10, 13, 14; quod ita inferna ſubjugabit, verſ. 11, 12.

Pſ. XXVIII.

Pſ. XXVIII. Oratio Domini ad Patrem ut ſubjugentur hypocritæ, verſ. 1 ad 5; quod aſſiſtet et prævalebit, verſ. 6 ad 8; ut ſalventur qui in veris et bonis Eccleſiæ, verſ. 9.

Pſ. XXIX. Quod illi qui in veris ex Verbo ſunt, adoraturi ſint Dominum, qui eſt Verbum, verſ. 1 ad 4; de potentia Divini veri a Domino, verſ. 5 ad 11.

Pſ. XXX. De glorificatione Humani Domini, poſtquam paſſus eſt tentationes, et ultimam quæ erat crucis, verſ. 1 ad 13.

Pſ. XXXI. Oratio Domini ad Patrem, quod tutetur contra illos qui machinantur malum, verſ. 1 ad 5; et qui Ipſum volunt occidere, verſ. 6; quod inde Ipſi dolor cordis ſit, verſ. 7 ad 11; quod contumeliis Ipſum afficiant, ut ſuper cruce, verſ. 12 ad 14; quod per fiduciam in Patrem exemtus ſit, verſ. 15 ad 22; ex deſperatione putans ſe relictum, ſed non, verſ. 23; ſit fiducia in Dominum, verſ. 24, 25.

Pſ. XXXII. Quod juſtus beatus ſit, verſ. 1, 2; gravitas tentationum deſcribitur, verſ. 3, 4; confeſſio infirmitatum, et quod liberatur, verſ. 5 ad 7; quod ſapiens, verſ. 8, 9; ut ſit fiducia, verſ. 10, 11.

Pſ. XXXIII. Celebratio Domini propter quod ab Ipſo Eccleſia per Verbum, verſ. 1 ad 9; utcunque mali repugnant, uſque erit, verſ. 10, 11; beati qui ab illa Eccleſia, verſ. 12 ad 15; quod propria intelligentia nihil faciet, verſ. 16, 17; quod ſalventur qui Domino fidunt, verſ. 18 ad 22.

Pſ. XXXIV. Celebratio Domini quod liberet ab omni malo illos qui fidunt Ipſi, verſ. 1 ad 12; quod ſervet bonos, et quod pereant mali, verſ. 13 ad 28.

Pſ. XXXV. De pugnis Domini contra inferna, et de ſubjugatione et proſtratione illorum, verſ. 1 ad 9; quod intendant Ipſi mortem pro eo quod illis bonum velit, unde Ipſi dolor, verſ. 10 ad 16; oratio ut ab illis ſervetur, unde Ipſi erit gaudium, verſ. 17, 18; quod blaſphement Ipſum, verſ. 19 ad 21, 25; quod ex Divino ſuo ſuperabit illos, verſ. 22, 23; inde celebrabitur juſtitia Domini, verſ. 27, 28.

Pſ. XXXVI. De hypocritis, quod malum cogitent, verſ. 1 ad 5; quod agnoſcendum quod omne bonum et verum ſit a Domino, verſ. 6 ad 10; quod ſint illis qui agnoſcunt Dominum, verſ. 11; quod Dominus tutetur a malo, et quod mali pereant, verſ. 12.

Pſ. XXXVII. Comparatio inter ſortem malorum et ſortem bonorum: quod mali, tametſi brevi florent, uſque pereant, et dejiciantur in infernum, verſ. 1, 2, 8, 9, 10, 12 ad 15, 17, 20, 21, 28, 32, 35, 36, 38; quod boni a Domino ſalventur, et evehantur in cœlum, verſ. 3 ad 7, 11, 16, 18, 19, 22 ad 31, 34, 37, 39, 40.

Pſ. XXXVIII. Gravitas tentationum Domini deſcribitur, verſ. 1 ad 11; quod illi qui ab Eccleſia intendant Ipſi mortem, verſ. 12, 13; quod cum tolerantia omnia ſuſtineat, verſ. 14, 15; fiducia in Patrem ne inferna valeant, verſ. 10, 16 ad 23.

Pſ. XXXIX. Tolerantia Domini in ſtatu tentationum, verſ. 1 ad 4, 9 ad 12; quod velit finem eorum, verſ. 5 ad 8; oratio ad Patrem ne deſeratur, verſ. 13, 14.

Pſ. XL. Gratiarum actio et celebratio Patris, quod Ipſum auxiliatus ſit, verſ. 1 ad 6; quod venerit in Mundum, ſicut in Verbo ſcriptum eſt, ut faceret voluntatem Patris, verſ. 7 ad 9; quod etiam evangelizaverit regnum Dei, et docuerit, verſ. 10, 11; fiducia ex Divino ſuo qui Ipſi mortem intendunt, verſ. 13 ad 16, 18; ac gaudeant in Domino, qui Ipſum colunt, verſ. 17.

Pſ. XLI. Quod qui in tentationibus eſt, et inde in afflictione, ſemper ſuſtentetur et per id vivificetur, verſ. 1 ad 4; quod inferna contra Dominum machinantur mala inter ſe, verſ. 5 ad 8; et cogitent quod prorſus perdendus, verſ. 9; etiam illi qui ab Eccleſia ubi Verbum, verſ. 10; quod non ſuccedet illis, et quod illi perdantur, verſ. 11, 12; quod Domino integritas, verſ. 13, 14.

Pſ. XLII. De ſtatu doloris et perturbationis Domini ex tentationibus, cum fiducia ex Divino, verſ. 1 ad 7; graveſcentia tentationum uſque ad deſperationem, verſ. 8 ad 11; fiducia ex Divino de erectione, verſ. 12.

Pſ. XLIII. Gravitas tentationum Domini uſque ad deſperationem, verſ. 1, 2; oratio ad Patrem ut Divinum verum Ipſum confortet, verſ. 3, 4; conſolatio, verſ. 5.

Pſ. XLIV. Quod Eccleſia apud antiquos a Domino inſtaurata ſit, ejectis malis, verſ. 1 ad 5; quod hoc a Deo et non ab homine factum ſit, verſ. 6 ad 9; quod uſque nunc valeant inferna ſuper Ipſum, ſicut non foret præſentia Divina, unde non Eccleſia, verſ. 10 ad 13, 20; quod blaſphemetur a malis in Eccleſia, verſ. 14 ad 17; cum tamen Ipſi integritas ſit, verſ. 18 ad 22; quod tale Ipſi propter Divinum, verſ. 23; ut itaque Divinum opituletur, verſ. 24, 27; quod ſit in extremo tentationum ſtatu, ſicut deſeratur, verſ. 25, 26.

Pſ. XLV. De glorificatione Humani Domini, et de cœlo et Eccleſia ab Ipſo. Verbum magnificum de Domino, et de conjunctione cum Ipſo, verſ. 1, 2; quod Divinum verum ſoli Ipſi ſit, verſ. 3; quod per Divinum verum potenter vicerit inferna, verſ. 4 ad 6; quod Ipſi regnum in æternum, verſ. 7; quod Humanum Divinum fecerit, per id, verſ. 8, 9; quod inde Ipſi cœlum et Eccleſia, qui in Divinis veris ab Ipſo, verſ. 9; quod affectiones veri inde ſint, in quibus ſocietates cœli ſunt, verſ. 10; de Eccleſia ubi Verbum, ut recedat ab affectionibus naturalis hominis, verſ. 11; quod ſic futura ſit Eccleſia Domini, verſ. 12; et quod ſic illi cognitiones veri et boni, cum ſcientiis inſervientibus, verſ. 13 ad 15; quod ſic conjunctio cum Domino in cœlo, verſ. 16; quod primaria vera illi, verſ. 17; quod univerſa Eccleſia ſerviet Domino, verſ. 18.

Pſ. XLVI. Quod a Domino tutela quando ultimum judicium venit et perſtat, verſ. 1 ad 4, 7, 8; quod illi qui ab Eccleſia et in doctrina veri ſalvabuntur a Domino cum venit, verſ. 6, 7; quod illis non timor ab

infernis

infernis et ab infestationibus inde, vers. 9, 10; quod hoc a Domino, vers. 11, 12.

Ps. XLVII. De regno Domini. Celebratio Domini quod regnet super Ecclesiam, vers. 1 ad 3; quod falsa et mala removebit, vers. 4; quod instaurabit Ecclesiam, vers. 5, 6; quod ideo celebrabitur, vers. 7; quia regnum Ipsi est super illam universam, vers. 8, 9; et super cœlos, vers. 10.

Ps. XLVIII. De regno spirituali Domini, quam admirandum, vers. 1 ad 4, 9; quod omnia falsa dissipet, vers. 5 ad 8; quod Divinum Humanum illud, vers. 10, 11; quod inde omnia cœli et Ecclesiæ, vers. 12 ad 14; quia ibi regnat Dominus, vers. 15.

Ps. XLIX. Hortatio ut sit attentio ad sequentia, vers. 1 ad 5; de illis qui mere naturales sunt, et gloriantur ex scientificis et ex propria intelligentia, vers. 6, 7; non inde salvatio, vers. 8 ad 10; quod illi, utcunque gloriantur de illis, usque pereant, vers. 11 ad 14; et quod in infernum veniant, vers. 15; quod solum in Domino salus, vers. 16; quod scientia et propria intelligentia post mortem non salvet, vers. 17 ad 21.

Ps. L. Quod venturus Dominus ad illos, apud quos Ecclesia, ad judicium, vers. 1 ad 6; quod Dominus non volet sacrificia et cultum externum, vers. 7 ad 13; quod volet confessionem cordis, vers. 14, 15; quod nihil faciat cultus externus, quando mala committuntur, vers. 16 ad 20; quod illa faciant, et quod propterea continget illis malum, vers. 22.

Ps. LI. Oratio ut ab infirmitatibus ex matre purificetur, vers. 1 ad 7; quod si ab illis purificatur purus erit, vers. 8 ad 12; ac sanctus sit, vers. 13, 14; quod sic docebit vera Divina, vers. 15 ad 17; non cultum externum sed internum, vers. 18, 19; quod Ecclesiam instituet, in qua erit cultus ex bono, vers. 20, 21.

Ps. LII. De hyprocritis, quod erunt in inferno, ac perituri, vers. 1 ad 8; ita quoque qui propriæ intelligentiæ fidunt, vers. 9; quod florebunt qui confidunt Domino, vers. 10, 11.

Ps. LIII. Quod quisque recesserit a Deo, nullo remanente, vers. 1 ad 4; quod destruxerint Ecclesiam absque ulla causa, vers. 5, 6; quod ideo nova Ecclesia a Domino, vers. 7.

Ps. LIV. Oratio ad Patrem ut assistat contra illos qui Ipsum volunt perdere, vers. 1 ad 5; quod assistet contra illos, et quod perituri, vers. 6, 7; celebratio quod adstiterit, vers. 8, 9.

Ps. LV. Gravitas tentationum describitur, in qua orat ad Patrem, vers. 1 ad 6, 10; quod velit desistere a pugnis propter gravitatem, vers. 7 ad 9; malitia infernorum describitur, vers. 10 ad 15; quod dejicientur in infernum, vers. 16; oratio ad Patrem, et quod auxiliabitur, vers. 17 ad 19, 23; contra malos et hypocritas, vers. 20 ad 22, 24.

Ps. LVI. Tentationes Domini, in quibus fiducia Ipsi certa in Patrem, vers. 1 ad 5, 11, 12; malitia infernalium, vers. 6, 7; ut Pater auxilietur in afflictione, vers. 8, 9; quod auxiliabitur, vers. 10; celebratio pro tutela, vers. 13, 14.

Ps. LVII.

Pſ. LVII. Oratio ad Patrem cum in pugnis tentationum cum infernis, quæ Ipſum aggrediuntur, verſ. 1 ad 6; malitia eorum contra Ipſum, verſ. 10 ad 12.

Pſ. LVIII. Contra illos qui tunc ab Eccleſia, qui mala cogitaverunt contra Dominum, quod in mere falſis mali ſint, ex quibus pereunt, verſ. 1 ad 10; ut illi qui in bono ſunt veniant in Eccleſiam, verſ. 11, 12.

Pſ. LIX. Oratio ad Patrem de illis qui tunc ab Eccleſia; quod Ipſum perdere et occidere vellent, cum tamen innocens, verſ. 1 ad 7; quod ex falſis contra vera pugnent, verſ. 8; fiducia in Patrem, verſ. 9 ad 11; orat pro illis, verſ. 12; quod ſemetipſos perdant, verſ. 13, 14; per malitiam, verſ. 15, 16; fiducia de auxilio, verſ. 17, 18.

Pſ. LX. Lamentatio Domini quod relictus ſit, una cum Eccleſia, verſ. 1 ad 5; fiducia de liberatione, verſ. 6, 7; quod Eccleſia interna et externa inſtituatur in ſupremo ſenſu de Humano Domini quod Divinum fiet, verſ. 8 ad 11; ex propria potentia, verſ. 12; et ex Divino ſuo, verſ. 13, 14.

Pſ. LXI. Celebratio Patris a Domino propter auxilium, verſ. 1 ad 6; et propter unionem, verſ. 7 ad 9.

Pſ. LXII. Confeſſio quod ſoli Divino potentia, et ab illo auxilium, verſ. 1 ad 3, 6 ad 9, 12, 13; quod nihil valeant contra Divinum, verſ. 4, 5, 10.

Pſ. LXIII. Deſiderium et amor Domini ut uniatur Divino ſuo, verſ. 1 ad 9; quod perituri qui ex falſis mali, qui inſidiantur Ipſi, verſ. 10, 11; quod tunc a Domino ſalus, et rejectio malorum, verſ. 12.

Pſ. LXIV. De inſidiatione malorum contra Dominum, verſ. 1 ad 7; quod illi perituri, verſ. 8, 9; quod ſic boni ſalvandi, verſ. 10, 11.

Pſ. LXV. Quod ex unitione Divini et Humani in Domino Eccleſia, quæ in omni vero a Domino erit, ac tuta ab infeſtatione ex falſis, verſ. 1 ad 14.

Pſ. LXVI. Gaudium quod nova Eccleſia quæ fidet Domino, verſ. 1 ad 5; qui ſervabit illam a malis, verſ. 6, 7; quod Dominus per tentationes graves unitus ſit Divino ſuo, verſ. 8 ad 12; quod ſic Divinum verum a Domino apud homines, verſ. 13 ad 17; quod per integritatem Ipſius hoc factum ſit, verſ. 19, 20.

Pſ. LXVII. Quod univerſa Eccleſia agnoſcet et colet Dominum ex gaudio cordis, verſ. 1 ad 6, 8; quod etiam omne Eccleſiæ, verſ. 7.

Pſ. LXVIII. Quod inferna ſubjugata erunt, verſ. 1 ad 3; quod illi qui in bono agnoſcent Dominum, qui ipſum Divinum verum, verſ. 4 ad 6, 32; quod illorum tutela erit, verſ. 6, 7; quod regeneret illos, verſ. 8 ad 12; quod reliquis, tametſi Verbum illis, non ita, verſ. 13 ad 15; de Eccleſia a Domino, a quo omne doctrinæ, verſ. 16 ad 18; quod eripuerit illos e manu infernorum, verſ. 19 ad 24; celebratio Domini propterea, verſ. 25 ad 30; quod naturalis homo domabitur, verſ. 31; celebratio potentiæ Divinæ Domini per unionem, verſ. 33 ad 36.

Pſ. LXIX. Pugnæ tentationum Domini uſque ad deſperationem, verſ. 1 ad 5; uſque ut recedere cogitaret, verſ. 6; ſed quod propter illos qui ſalutem exſpectarunt, ſuſtinuerit, verſ. 7, 8; quod ignominia afficietur apud quos fuit Eccleſia, verſ. 9 ad 13; oratio ad Patrem ut aſſiſtat, ne illi prævaleant, verſ. 14 ad 21; cum deſideraret Eccleſiæ bonum et verum, quod dederint Ipſi falſum et malum, ut in cruce fel et acetum, verſ. 22; quod propterea perdantur, verſ. 23 ad 29; cum liberatur quod prædicabitur Evangelium, verſ. 30 ad 32; quia tunc ſalvandi qui ab Eccleſia, qui colent Ipſum, verſ. 33 ad 37.

Pſ. LXX. Oratio ad Patrem ut aſſiſtat contra inferna, verſ. 1 ad 4, 6; ut ſalus ſit illis qui Ipſum colent, verſ. 5.

Pſ. LXXI. Fiducia quod Pater Ipſi aſſiſtat, verſ. 1 ad 4, 7, 12, 14; quod a nativitate Ipſius eſſet, verſ. 6, 7; ne inferna dicant quod relictus ſit a Deo, verſ. 9 ad 11; quod ſic recedunt, verſ. 13; quod ſic nomen Dei prædicabitur, verſ. 8, 15 ad 19, 22 ad 24; cum Ipſi victoria, verſ. 20, 24.

Pſ. LXXII. De regno Domini, verſ. 1, 2, 4; de ſtatu beato illorum qui e Regno Ipſius, verſ. 3, 6, 7, 15, 16; de cultu Ipſius ex amore et fide ab æterno et poſtea, verſ. 5; de dominii Ipſius magnitudine et extenſione, verſ. 8 ad 12; de tutela et redemptione, verſ. 12, 13, 14; quod agnoverint Divinum Humanum ab æterno, in quo omne ſalutis, verſ. 17; celebratio Ipſius, verſ. 18, 19.

Pſ. LXXIII. Mirabile quibuſdam, quod mali glorientur et bene habeant, verſ. 1 ad 9; quod boni per hoc ſe ſeducant, putantes quod bonum nihil juvet, nec afflictio, verſ. 10 ad 14; ſed poſtea ſcire datum eſt, quod mali uſque devaſtentur et conſumantur, verſ. 15 ad 20, 27; quod hoc non ſciant, verſ. 21, 22; ſed quod boni ſemper ſuſtententur et vivant cum Deo, verſ. 23 ad 26.

Pſ. LXXIV. Quod Eccleſia cum omnibus ejus prorſus deſtructa ſit, et ſancta ejus prophanata, dicentes corde quod religio non aliquid, verſ. 1 ad 9; precatio ad Dominum ut opem ferat, verſ. 2, 10, 11; quod prius proſtraverit inferna, verſ. 12 ad 15; et quod prius Eccleſiam inſtauraverit, verſ. 16, 17; ſit itaque miſeratio ne pereat Eccleſia, verſ. 18 ad 21; per inſurrectionem malorum, verſ. 22, 23.

Pſ. LXXV. Quod quando venturus Dominus Eccleſiam collapſam eriget, verſ. 1 ad 4; mali ne extollant ſe contra bonos, verſ. 5 ad 7; quia judicium venit, quo illi pereunt, hi ſalvantur, verſ. 8; quod mali tunc perituri per dira falſa, verſ 9, 11; ſed boni colent Dominum, verſ. 10.

Pſ. LXXVI. Quod Dominus ſit in Eccleſia ſua, ibi tutela contra falſa et mala, verſ. 1 ad 5; quod in Eccleſia Judaica non amplius ſit aliquod verum, verſ. 6, 7; quod Dominus judicium facturus ſit, quo perituri mali et ſalvabuntur boni, verſ. 8 ad 11, 13; colatur Dominus, verſ. 12.

Pſ. LXXVII. Status tentationis Domini uſque ut deſperatio, num Pater aſſiſtat, verſ. 1 ad 10; ſe confortans ex Divino ſuo ex præteritis, quod ſal-

vati ſint qui implorarunt, verſ. 11 ad 16; et quod per Divinum verum potentia Ipſi, verſ. 17 ad 20; et quod ſervata ſit Eccleſia, verſ. 21.

Pſ. LXXVIII. Quod Verbum ſit datum filiis Jacobi, et quod confirmati per miracula, verſ. 1 ad 7; ſed quod patres illorum et filii receſſerint, non vixerint ſecundum illud, verſ. 8 ad 10; et quod nec miracula in deſerto quid fecerint, quæ omnia involvebant quomodo Dominus docet et ducit illos, quos ad Eccleſiam ſuam vocat, quæ recenſentur, verſ. 11 ad 31; quod propter miracula ſe quidem converterint, ſed ſolum ore et non corde, verſ. 32 ad 37; quod Dominus condonaverit illis, verſ. 38 ad 40; quod iterum ſicut converſi ex recordatione miraculorum in Ægypto, quæ omnia involvunt remotionem et diſſipationem infernorum ab illis, quæ recenſentur, verſ. 41 ad 51; quod Dominus ita duxerit illos uſque ad terram ubi Eccleſia, verſ. 52 ad 55; quod uſque receſſerint et coluerint alium deum, verſ. 56 ad 58; quod ideo relicti ſint a Domino, ac traditi ſuis falſis et malis, hoc a ſemetipſis, verſ. 59 ad 64; quod ſic rejecti, verſ. 65 ad 67; quod nova Eccleſia ideo inſtituta, quæ coleret Dominum, et quam Dominus doceret, verſ. 68 ad 72.

Pſ. LXXIX. Quod falſificationes Verbi et dira mala deſtruxerint Eccleſiam, verſ. 1 ad 4; clamor Eccleſiæ pro auxilio ne ſimul deſtruatur, et precatio ut removeantur illi qui Eccleſiam perdiderunt, verſ. 5 ad 12; ita erit cultus Domini, verſ. 13.

Pſ. LXXX. Precatio Eccleſiæ novæ ad Dominum ut veniat et ducat, verſ. 1 ad 4, 8; quia illis afflictio, verſ. 5 ad 7; quod inſtituerit Eccleſiam, et quod illam per vera ex Verbo reformaverit, verſ. 9 ad 12; et tamen quod falſa incipiant illam perdere, verſ. 13, 14; ut veniat Dominus et reſtituat illam, et quod ſic vivificabitur, verſ. 15 ad 20.

Pſ. LXXXI. Celebratio Domini ab Eccleſia Ipſius, verſ. 1 ad 5; quod liberet ab infernis cum invocatus, et cum probaverit, verſ. 6 ad 8; quod Eccleſia apud filios Jacobi receſſerit, et colat alium deum, verſ. 9 ad 12; quod ideo relicti ſibi, verſ. 13; ſi obediviſſent, quod remota ab illis inferna fuiſſent, et fruerentur omni bono, verſ. 14 ad 17.

Pſ. LXXXII. Dominus ad Eccleſiam, in qua eſt Verbum, ex quo poſſent in veris Divinis eſſe, verſ. 1; ne mala facerent, ſed ut bona, verſ. 2 ad 4; quod non faciant, quare Eccleſia vacillat, verſ. 5; ita, tametſi illis Verbum, uſque peribunt, verſ. 6, 7; precatio ut Dominus veniat et judicium faciat, verſ. 8.

Pſ. LXXXIII. De pugna Domini cum infernis, quod inferna velint deſtruere omnia Eccleſiæ, verſ. 1 ad 6; inferna inſurgentia contra Dominum enumerantur, verſ. 7 ad 9; quod dejicientur et ſubjugabuntur, verſ. 10 ad 12; e locis ubi fecerunt ſibi ſicut cœlos, verſ. 13; precatio ad Dominum ut proſternat illos, verſ. 14 ad 18; ut ſciatur quod ſoli Domino potentia, verſ. 19.

Pſ. LXXXIV. De amore et deſiderio erga Eccleſiam et cœlum, verſ. 1 ad 5; quod illa ex fiducia in Dominum in veris et bonis creſcat, verſ. 6 ad 8; quod beatitudo ejus ſit ex fiducia in Dominum, verſ. 9 ad 13.

Pſ. LXXXV.

Pſ. LXXXV. Oratio Domini ad Patrem, quod poſtquam judicium factum ſuper malos nova Eccleſia inſtituetur, verſ. 1 ad 8; perceptio a Divino ſuo quod Eccleſia exiſtet et florebit, quæ agnoſcet Dominum, ambulans in veris, verſ. 9 ad 14.

Pſ. LXXXVI. Oratio Domini ad Patrem ut aſſiſtat in tentationibus, verſ. 1 ad 8; quia ſic cultus Domini, et confeſſio Ipſius, verſ. 11, 12; quod inferna inſurgant, verſ. 13, 14; quod proſternentur ex aſſiſtentia, verſ. 15 ad 17.

Pſ. LXXXVII. Celebratio Domini a nova Eccleſia, quæ ab undique colligetur, verſ. 1 ad 7.

Pſ. LXXXVIII. Dominus ad Patrem in tentationibus, quæ uſque ad deſperationem, quod ſicut victus ab infernalibus, verſ. 1 ad 10, 14 ad 19; quod Deo non gloria ex infernis, verſ. 11 ad 13.

Pſ. LXXXIX. Quod a Domino omne Divinum verum, verſ. 1 ad 3; quod cum Divino Humano unitio, quare ex Ipſo Divinum verum, verſ. 4 ad 6; quod ſic Domino omnis potentia, verſ. 7 ad 10, 14; quod omne cœli et Eccleſiæ ab Ipſo, verſ. 11 ad 15; beatus qui fidet Domino, verſ. 16 ad 19; Pater ad Dominum, ſeu Divinum ad Humanum Ipſius, quod per unitionem cum Ipſo omnipotentia contra inferna, verſ. 20 ad 26; quod unitio æterna erit cum Ipſo, verſ. 27 ad 30, 36 ad 38; quod tametſi illi qui ab Eccleſia ſunt deficerent, uſque unitio æterna erit cum Ipſo, verſ. 31 ad 38; de gente Judaica, quod deſtruxerit conjunctionem cum Ipſo, quia Eccleſiam, verſ. 39 ad 43; quod prorſus repudiaverit Ipſum, verſ. 44 ad 46; oratio ad Patrem, quod niſi aſſiſtat non alicui vita æterna, verſ. 47 ad 49; niſi unitio fiat, verſ. 50; quod alioquin prævalerent inferna, verſ. 50 ad 52; quod aſſiſtet, verſ. 53.

Pſ. XC. Quod homo ex ſuo nihil ſit, ſed Dominus ſolus, verſ. 1 ad 6; quod pereat Eccleſia, verſ. 7 ad 11; niſi Dominus reſtituat illam, verſ. 12, 13; per adventum ſuum, verſ. 14; inde ſalvatio, verſ. 14 ad 17.

Pſ. XCI. Celebratio Patris a Domino, qui Ipſi uniendus, verſ. 1; quod ſic tutela ab omni inſultu, verſ. 2 ad 6; quod ſic non inſurrectio ab infernis, verſ. 7 ad 9; nec contra Eccleſiam, verſ. 10; quod ſic Ipſi ſerviet cœlum, verſ. 11, 12; quod nihil timoris tunc ab infernis cum Humano unitum eſt Divinum, verſ. 13 ad 16.

Pſ. XCII. De unitione Divini Domini cum Humano Ipſius, quæ eſt Sabbathum, verſ. 1; celebratio propter cooperationem Patris cum Ipſo, verſ. 2 ad 6; quod mali hoc non intelligant, verſ. 7; quod mali, tametſi florent, uſque pereant, verſ. 8 ad 10; quod ſic omnipotentia Divina contra inſurgentes, verſ. 11, 12; quod Eccleſia inde florebit, verſ. 13 ad 15; et celebrabit Dominum, verſ. 16.

Pſ. XCIII. Quod per unitionem Divini et Humani in Domino cœlum et Eccleſia in æternum permaneant, verſ. 1, 2; gaudium illorum qui in Divinis veris inde, verſ. 3, 4; Verbum in Eccleſia ſtabilitum, verſ. 5.

Pſ. XCIV.

Pſ. XCIV. De gente Judaica quod deſtruxerit Eccleſiam; ut ſit ſuper illos judicium, verſ. 1, 2; quia Eccleſiam deſtruxit, quod nec timeat Deum, qui tamen videt omnia, verſ. 3 ad 11; quod Dominus propter Eccleſiam venturus ſit ad judicandum, verſ. 12 ad 15; quod Divinum Domini aſſiſtet contra malos et in tentatione, verſ. 16 ad 19; quod mali inſurgant et occidere velint, verſ. 20, 21; ſed per auxilium ex Divino ſuo perituri ſint, verſ. 22, 23.

Pſ. XCV. Celebratio Domini, verſ. 1; quod Ipſi omnipotentia, verſ. 2 ad 5; quod humiliter colendus, verſ. 6, 7; ne ſint ſicut gens ex Jacobo, qui abalienarunt ſe a Domino, verſ. 8 ad 10; cum quibus ideo prorſus nulla conjunctio, verſ. 11.

Pſ. XCVI. Celebratio Domini ab Eccleſia Ipſius, quod Ipſe ſolus ſit cui potentia et gloria, verſ. 1 ad 9; quod venturus ad judicium, ut cœlum et Eccleſia colant Ipſum ex gaudio cordis, verſ. 10 ad 12; quod venturus ad judicium, verſ. 13.

Pſ. XCVII. Gaudium Eccleſiæ de adventu Domini, cum quo Divinum verum, verſ. 1 ad 6; quod removebuntur omnes qui in falſis, verſ. 7; gaudium quod Dominus ſit Deus cœli et Eccleſiæ, verſ. 8, 9; quod tutabitur illos qui in veris ſunt ab Ipſo, verſ. 10 ad 12.

XCVIII. De adventu Domini, et de glorificatione Humani Ipſius quod Ipſi tunc potentia, verſ. 1; quod inde ſalvatio, verſ. 2; quod prædictiones implendæ, verſ. 3; celebratio Ipſius et gaudium propterea, verſ. 4 ad 8; quod ad judicium veniat, verſ. 9.

Pſ. XCIX. Celebratio Domini, qui eſt Verbum et Deus Eccleſiæ, verſ. 1, 2; quod colendus, verſ. 3, 5, 9; quia Ipſi potentia et juſtitia, verſ. 4; quod ab Ipſo Verbum, verſ. 6, 7; quod redemptor, verſ. 8.

Pſ. C. Celebratio Domini, quod colendus corde, quia formator Eccleſiæ, verſ. 1 ad 3; ut ad Ipſum per vera Verbi accedant et confiteantur Ipſum, verſ. 4, 5.

Pſ. CI. De judicio aliquo a Domino, quod celebrandus, verſ. 1; integritas Ipſius et quod integros amet, verſ. 2, 3, 6, 7; quod malos et elatos rejiciat, verſ. 4, 5; quod mali perituri cum Dominus venit, verſ. 8.

Pſ. CII. Oratio Domini, cum in tentationibus uſque ad deſperationem, qui ſtatus deſcribitur, verſ. 1 ad 12; quod tamen illi, qui extra Eccleſiam, exſpectent miſerationem, ut fiant Eccleſia, verſ. 13 ad 19; quod audiat et miſeratur, et quod ex illis Eccleſia, verſ. 20 ad 23; ne deficiat in tentationibus priuſquam illud, verſ. 24, 25; ne itaque Eccleſia et cœlum pereant, ſed ſtabiliantur, verſ. 26 ad 29.

Pſ. CIII. Celebratio Domini propter redemptionem ac reformationem, verſ. 1 ad 7; quod ex miſericordia quia novit infirmitates hominis, verſ. 8 ad 18; quod cœli et terræ Ipſius ſint, quod ideo celebrandus, verſ. 19 ad 22.

Pſ. CIV. Celebratio Domini quod ex Ipſo Divina vera ſeu Verbum, verſ. 1 ad 4; de ſenſu literæ Verbi, ſuper quo fundatur Eccleſia, verſ. 5 ad 9;

